Archiv für Geschichte der Medizin

Band IX Februar 1916 Heft 3

Pestschriften aus den ersten 150 Jahren nach der Epidemie des „schwarzen Todes“ 1348.

Von

Karl Sudhoff.

X.

Pesttraktate aus Böhmen, Schlesien und Nachbarbezirken bis zur Mitte des 15. Jahrhunderts.

(Fortsetzung.)

98 und 99. **Zwei Pestabhandlungen, genannt „Collectorium minus“ und „Collectorium maius“, entstanden um 1406 in Prag oder Schlesien unter dem Einfluß Sigmund Albichs, vielleicht wenigstens teilweise von ihm selbst verfaßt.**

Im ***Codex III, Q. 4*** der Breslauer Universitätsbibliothek trifft man von Blatt *161r—175v* auf eine schwer gelehrte Pestabhandlung, welche sich bei näherem Zusehen in zwei Teile scheidet, die sich „Collectorium minus“ und „Collectorium maius“ benennen, deren ersteres sich des öfteren auf den Prager Arzt und vorübergehend dortigen obersten Kirchenfürsten Siegmund Albich bezieht und schließlich am Ende des ersten Stückes ihn direkt als Verfasser bezeichnet. Henschel nennt die Doppelschrift in seinem systematischen Verzeichnis der Breslauer Handschriften S. 50 unter No. 781 „Lectiones in studio Pragensi contra pestiferos morbos institutae“. Ob er damit ganz genau das Wesen der Abhandlungen trifft, wird im folgenden klar werden.

Auffallend ist das Collectorium minus besonders schon durch den Tenor seiner Eingangsworte, die mit denen der „Practica“ des Platearius von Salerno aus dem 12. Jahrhundert übereinstimmen, die

sich auch „De morbis et eorum curis“ betitelt und folgendermaßen anhebt[1]):

> Amicum induit, qui justis amicorum precibus condescendit. Justa ergo amicorum animi petitio est celeriter effectui mancipanda, ne frigere videatur charitas ociosa: unde ego Platearius, vestris, precibus, socij dilectissimi, condescendens, breviter causas signa et curas egritudinum scribere proposui . . .

was, wie man sehen wird, mit den Anfangsworten des Breslauer Pestwerkchens in engster Übereinstimmung steht und die salernitanische Belesenheit seines Verfassers eindringlich dokumentiert.

Ich habe mich mit Albich und seinem Schriftwerk ja schon im VII. Bande dieses Archivs S. 89ff etwas näher beschäftigt. Daß er ein „Collectorium majus“ und ein „Collectorium minus“ geschrieben haben sollte, war mir damals noch nicht bekannt[2]), trotzdem ich mit den hier jetzt zu besprechenden Pestabhandlungen schon oberflächlich mich beschäftigt hatte. Der Hinweis auf seine angebliche Verfasserschaft an den beiden gelehrten Abhandlungen steht an so versteckter Stelle auf der Vorderseite des Blattes 168, daß sie mir entgangen war[3]), trotzdem ich die mehrfachen Berufungen auf Albich im Texte wohl gemerkt hatte[4]), die ja eigentlich direkt gegen seine Autorschaft des Ganzen sprechen. Erst als ich daran gegangen war, die saubere und doch recht schwer oft zu enträtselnde Hand des Schreibers aus der Zeit um 1420 circa, die in ihren Abkürzungen mancherlei Eigenwilligkeiten aufweist — nun wirklich zu kopieren, traf ich auf die Zwischenschrift, die in dem folgenden Abdruck den Schluß des „Collectorium minus“ bilden wird.

---

[1]) Ich benutze die Druckausgaben der „Joannis Platearii Salernitani medici excellentissimi practica brevis“ (die zweite nur ein erweiterter Abdruck des gleichen Sammelbandes): „Uenetijs . . per Bonetū Locatellū Bergomenſez 17. kal'. Januarias. 1497“ (Bl. 169ff.) und „Iugd'. per Jacobū myt. M.cccc.xxv. Die vero.xx. menſis martij“ (Bl. cciij ff.), welche beide samt dem „Circa instans“ an die „Practica Serapionis“ und dessen „Liber de simplici medicina“ angehängt sind. Mag sein, daß die eine oder andere handschriftliche Überlieferung noch enger mit dem Wortlaute des Einganges des Breslauer „Collectorium minus“ übereinstimmt.

[2]) Henschel war bis zu dieser Kenntnis überhaupt nicht vorgedrungen, trotz seiner sehr eingehenden Beschäftigung mit den Breslauer Handschriften.

[3]) Wie solches denn auch nirgendwo anderwärts berichtet wird, auch nicht bei Hasner in seiner oft zitierten Sommerferienstudie über die ältere Medizin in Böhmen.

[4]) Vgl. z. B. Zeile 96 und 606. An Albichs Ausdrucksweise erinnert die „Maledicta pestis et odiosa“, verglichen mit dessen „Maledicta paralisis“ im „Vetularius“.

A.

[„Collectorium minus“.]

Amicum induit, qui amici praecibus condescendit: Sic igitur amicus, cum sit mutua benivolentia inter duos, sufficit una voluntas utrorumque, quia ex octavo Ethicorum, de quibus inducere non est utile: amicus enim est, qui suum velle tribuit alteri. ¶ Ego vero, tamquam amicus valens, sociis meis providere pro posse meo materiam ad obviandum pestiferis morbis pro futuris emergentibus, duxi aliqua autentica conscribere pro nobilis ac eximii Studii Pragensis et egregiae facultatis medicinae ac communitatis fidelium regnicolaris honorabili praevisione.

¶ Causae primariae et longinquae pestis ac pestilenciae aeris infectione sunt formae et figurae caelestes secundum motus et influencias, ecce radix superior natura astrorum. ¶ Causae vero propinquae sunt disposiciones terrestres, videlicet res non naturales, malum regimen, usus fructuum, piscium et similium, ut nimia repletio cibi et potus, ecce radix inferior.

Quia pestes consueverunt ut plurimum in autumpno venire, maxime circa initium aut finem ipsius, ergo ad praesentem annum, videlicet sub anno domini Milesimo quadringentesimo sexto (M^0 $cccc^0$ vj^0), iterum ventura est, non solum in hominibus sed et aliis brutis, ut praesciuntur et praenosticantur ex dictis autenticis philosophorum sapientium et astronomorum. Nam testante domino[1]) Y⟨pocrate⟩: Quoniam eadem die aestas et frigus autumpnales aegritudines expectare oportet, immo aegritudines autumpnales ut plurimum mortiferae fiunt ut tertio Amphorismorum: In autumpno aegritudines etc., quantum est ex naturis rerum propter recessum solis a nobis et humiditatum praecedentium collectorum ex aura, aere et complexionibus[2]) ipsius, ex esu fructuum et humidarum rerum, multis balneis, piscibus, lacte, multa repletione externa, quae prohibet digestionem, ut gula cibi et potus humiditate et humoribus in visceribus terrae et aliis non consumptis. Nam unum tempus anni ex natura deberet corrigere aliud tempus anni, ut aestas vernem, prout in collectorio mayori recitavi, ibi vide, quoniam radix inferior per viam signi et causae causabit pestem et ex radice superiori videlicet eclipsium, cometorum et coniunctionum et planetarum diversorum motuum diversos motus contrarios influentem in aerem, qui est locus noster naturalis, qui aer infectus et inspiratus a nobis est causa febris pestilencialis et quatuor humorum propulsorum ex virtute membrorum principalium, puta cerebri, epatis et cordis ad sua emunctoria, ubi uniuntur et aggregantur simul in locis concavis, id est in concavitatibus membrorum, causando tumorem vel tumores, qui

[1]) so steht da; es mag aber „divo“ gemeint sein.

[2]) könnte auch „coniunctionibus“ heißen.

tumor appellatur apostema, xiij° de ingenio per dominum Galienum, alias Therapeutice.[1]) Febris pestilencialis generatur ex corupcione in sua substancia ut puta propter putrefaccionem, et quaedam est cum apostemate, quaedam cum pustulis, quaedam cum utroque, quaedam sine illis, et sunt divisiones accidentales. Essenciale huius febris est fetidus anhelitus et alia quae infra ponuntur. Sed aer non putrescit nisi propter commixtionem vaporum de terra vel ab aliis corporibus, sicud ut aqua putrescit, ubi propter admixtionem alicuius terrenae substanciae, et causa huius corrupti aeris remota est influentia celestis vel causa incognita occulta. aer sic corruptus attrahitur a corde et per pulmonem inspiratum et tunc ipse corrumpit spiritus vitales in corde, cum pulmo sit flabellum [Bl. 161ᵛ] cordis, unde cordis humiditas circumstans spiritus corrumpit et putrefacit et sic per consequens per putrefactionem in toto corpore generat humiditates, ipsam autem putrefactionem comitatur febris pestilentialis.

¶ Pronosticativa pestilencie sunt multae pluviae, mutaciones diversae, iam sol splendet, iam pluit et appariciones materiae igneae, sicut sunt impressio dicta draco vel hasta vel animalium multitudo sicut ranarum generatarum ex putrefactione. Item egressio quandocunque de cavernis suis et sunt mures, glires et ranae et consimilia, talia omnia corupciones aeris sunt. ¶ Sed signa praesentis febris pestilencialis sunt dolor capitis et apparitio glandis in collo vel sub ocellis [!][2]) vel igwine, vel appariciо alicujus pustulae in aliqua parte corporis, de quibus quarto amphorismo. In bubonibus id est apostematibus omnis febris male, sed sine febri non erit periculum. Si quis habuerit apostema, quorum urina in principio est alba et subtilis, de eorum evasione desperandum est. De quo iterum per Ypo⟨cratem⟩: Quibus urinae lividae manent id est clarae, sed quorum a principio rubrum fuerit et aliquantulum grossa, de hiis mayor spes evasionis est habenda, Ypo⟨cras⟩ in pronosticis, pronosticorum tertio et quarto. plura videri sinthomata seu accidentia terribilia, tanto magis timendum est de vita pacientis, quomodocumque de omnibus pa⟨cientibus⟩ febrem pestilencialem sit male timendum propter cor, quod est subiectum febri pestilenciali. Unde dixi supra, quomodo humores mali uniuntur et aggregantur in concavitatibus, generant apostemata, quae propelluntur a membris tribus principalioribus scilicet cerebro, corde et epate. Horum cerebrum propter sui fortitudinem expellit retro aures vel ad collum; ubi pronior ad partem fit fluxus debiliorem. Et cum cerebrum, quod est forte membrum, pro-

[1]) „De ingenio sanitatis", mittelalterliche Benennung der lateinischen Übersetzungen der *Θεραπευτικὴ μέθοδος* des GALENOS.

[2]) statt accellis, axillis.

pellit ad dicta loca, quae sunt sua emunctoria, id est loca concava tamquam cloaca suae, propellit malos humores et corruptos generatos ex nimia humiditate, que est causa corruptionis. consulo ergo, quod medicus peritus tempore pestilenciae provideat ante omnia de rectificacione aeris per ordores et fumos, ut infra dicetur, et ut in autumpno evacuaciones faciat maxime aput nos in Bohemia, quia unus prae ceteris crapulose plus peccatit [!] humores, et sunt colera, flegma melancolia et sanguis, quare error magnus extat ita convenit, fleubotomari plus festinet medicus. Haec Albicus.[1]) ¶ Cor est secundum membrum principale et nobilissimum membrorum, tamquam inicio regni sui residens propellit sub ascellis, id est sub humeris. Tertium membrum principale est epar et sua cloaca est splen; propellit suas superfluitates ad ingwina, id est circa pubes. ¶ Dixi primo, quod venena primo petunt membra principalia propter mayorem calorem eorum, cuius proprium est attrahere. Nam primum membrum, videlicet cerebrum dat sensum et motum ligatis membris et vocatur animatum. Si igitur in tali membro fuerit apostema, facies fleubotomiam de cephalica, ut infra scribitur, quia talis vena vadit a capite et a partibus suis. ¶ Secundum membrum est cor et dat vitam omnibus membris, quare vena trahenda est, id est aperienda, ut pulmatica, mediana, salvatella secundum consuetudinem suam et a suis partibus vicinis. Tertium membrum est epar et iecor, quod dat nutrimentum omnibus membris. Virginalis ergo vena in pede, quae vadit ab epate vel splene, est aperienda. De hac materia legas meum collectorium majus conscriptum sub anno domin M^0 $cccc^0$ vij^0 [1407], [Bl. 162^r] ubi de radicibus duabus generantibus pestem, videlicet, superiori et inferiori, pro declaracione planiori dicta. dictum Ypocratis primis in Amphorismis: unde mutationes temporum maxime generant morbos. Et dicta Aristotelis primo metheororum. Qui ponunt dicta de eis tamquam communis anni acceptiones et praesumptiones, de quo dixi supra in principali, quod in autumpno accurreret morbus pestilentialis et epidemialis febris, apostemata, pustulae, scabies, vomitus, tussis, dolores capitis, gutta, paralisis, podagra, et ceterae aegritudines. Talis vero pestis exterminabit aetatem iuventutis, quorum causas infra ponam. Sed quia tales causas[2]) pestes, apostemata solent facere solum in tribus locis communiter una cum pustulis venenosis, quae venenositas cognoscitur ex diversitate colorum. ¶ Si ergo apostema erigatur retro aures ut in collo, hoc est in regione animata, fiat flebotomia de cephalica utri⟨usque⟩ brachij, plus tamen de parte sana iuxta tenorem virtutis, ut, si est fortis et autiquus, plus

[1]) Das „aput nos in Bohemia“ (Zeile 93) ist also auch eine Äußerung des Prager Albich, die hier nur zitiert wird! (Vgl. Zeile 366.)

[2]) statt „causae“.

minuat. Nota. Haec sunt pensanda medico purgare volenti: Ars, aetas, virtus, regio, complexio, for⟨titudo⟩, mos et sinthomata, commixtio, tempus et aer. Si iuvenis aut debilis minus apponendo super apostema tyri⟨acam⟩ mixtam cum melle et cum modico bolo et ficu mixtis calide, aut metridatum aut dyatesserum cum bolo modico, et provocetur sudor bibendo tyriacam cum modico bolo ar⟨meno⟩ cum aqua rutae in flegmatico vel scabiosae aut aliis in colerico corpore. ¶ Et si non habeas aquas ℞ siccas herbas, rutam aut scabiosam aut alias et decoque cum vino aut cerevisia et cum uno haustu tempera tyriacam aut dyatesserum ebibendo. deponetis vos ad lectum bene cooperiendo et sudabitis ut infra dicetur, aut metridatum, vel fac tibi fieri illam confectionem, quam hic scribam, videlicet de electuario praeservativo amaro, quod hodie venditur in apotheca, nova et non antiqua descriptione receptae, quia potiora remedia, prout clarebit, ingreditur. Aut fiat pulvis aut in bolis aut in trociscis. Si autem apostema generatur sub brachijs, fiat flebotomia de mediana aut pulmatica vel prope parvum digitum in parte opposita et modicum de eodem brachio videlicet de salvatella. ¶ Si autem fuerit apostema circa pubes in igwinibus, tunc minuatis de vena virginali, hoc est de vena, quae sub talo existit et inter pedem et dicitur vena menstruosa multis seu virginalis. Sed sciatis, quod in pestibus est festinandum cum evacuationibus sive per sudorem sive per secessum sive per flebotomiam. ¶ De hoc dominus Ypo⟨cras⟩: In acutis aegritudinibus eadem die differre manifestum[1]), id est cor de venire cum praesentia [?] est manifestum. Unde venit hoc vulgariter: infra XXIIII horas primae diei invasionis apostematis est festinandum cum evacuationibus, sicud cum tyriaca, metridato etc. sive cum minucione. ¶ Tertio prae omnibus abstinendum est a loco pestilenciae et a pa⟨tientibus⟩ pestilentia quamdiu pestilentia durat, bis vel ter in septimana de vespere in introitu comodi unum: ℞ lauribaccarum, Juniperi et absin⟨tium⟩ siccum aut thimiama [?] aut mirram aut aliud odoriferum, ut olibani, nardi, et conburatur in comodo dormitionis in sarthagine igneis de carbonibus clausis fenestris comodi, et illum fumum attrahatur [Bl. 162ᵛ] per os, aures et nares. Item sitis sobrius de mane usque ad tempus prandij, ubi de mane sumatis in vestra medicina[2]) electuarium amarum novum de nova compilacione sive in pulvere, sive in bolis sive trociscis. Tria vero pono praeservativa, unum electuarium amarum frigidum, electuarium confortativum omnium membrorum et praeservativum, tertium regionem praeservativam. Sed praeservativum pauperum sit tosta panis nigri ex aceto aut raphanus cum sale. Nam uterque

[1]) „malum"?

[2]) Es steht medicine (medicinae) da.

raphanus valet contra venena et alleum, quod est vera tyriaca aut natarum aut gencianam aut rutam aut juniperos aut pipinellam. Sed cura tantum eorum videlicet pauperum sit hoc pro tyriaca. Recipe lauribaccas, pimpinellam et zingiberis, incide in portiones et potestis addere juniperum, aut pulverisa et comede ista tria faciens desuper haustum unum calidi vini vel cerevisiae. Deponendo et cooperiendo sudabit post bibitionem. Et sumat pauper in quantitate parvae nucis aut plus aut minus, secundum quod complexionis est forte aut debile, aut aequum aut mutue aut tempore calido aut frigido. Ista omina debent sagaciter ponderari in administrando medicinas maxime evacuantes. ¶ Secus est in confortativis, quae condiciones exprimuntur in versibus suprascriptis, scilicet ars altas, virtus etc. Praeservatio fit per evacuationem per pulveres, per electuaria, trociscos, pillulas, decoctionem, conditum. Ex eisdem ita fieri possunt, prout placet. ¶ Cui vero per medicinam fit vel per evacuationem . per medicinam, sudores, vomitus, urinam, per sedes, per exituras, per emorroides, per evacuationem materiarum, sanguisugos, scabiem, per pustulas aut insensibiliter [?] et ymmo apostemate habito . pauper transgluciat tria vel quatuor cipem[1]), camomillae aut catulae cum cerevisia calida et post quatuor horas non sumat cibum. Et elapsis quatuor horis extunc primum ferculum sit acetosum et, ubicunque potestis, semper acetosis utamini. Et per nullum modum balnea comunia intretis, si sentitis corpus esse gravatum, quia tunc signum est humorum peccantium . versus: cum male te sentis, confert si balnea vites. Sitis iocundus, mitis, affabilis, salaciosus; nunquam graviter debetis tristari. ¶ Item cum dicitur vobis de pestilentia, habeatis pro non dicto.[2]) Item pro paupere: mane cum surrexerit, ante exitum commodi comedat modicum de ruta recenti in aqua munda aspersa modico sale. Postea sine intervallo comedatis unam nucem vel duos magnos vel tostam panis nigri ex aceto. ¶ Item portabitis manu vestra aliquod odoriferum, sicut pomum ambrae, aut pauper loco ipsius portet partem spongiae intinctam in acetum aut panniculum intinctum in acetum cum aqua rosae aut senae mixtum odorate. Ne vos apprehendat pestis illa, provideatis vobis de evacuatione, sive illa fiat per medicinam, de venis consuetis, in autumpno plus de sinistra manu in vere plus de dextra. Versus: Aestas ver dextras, autumpnus yemsque sinistras. ¶ De medicinis. Sumatis pilulas de agarico, aut pilulas pestilentiales acutas pro corpore spisso et carnoso aut flegmatico cum turbit, esula et agarico grana. ij vel iij.; si melancolico cum elleboro nigro et agarici, senae,

[1]) statt „cepas", Zwiebeln?

[2]) Alles Vorhergehende klingt wörtlich an das Prager „Missum imperatori" an, zum Teil auch noch das Folgende.

thimi, epithimi, lapidis lazuli aut armeni; aut in colericis purgetis, ut flegmatico cum flegmagogo ut dyaturbit, dyaagarico, cum yera pigra Galeni aut cum katthartico imperiali aut consimili [Bl. 163r] ut benedicta laxativa. Si melancolici cum electuario dyasene aut yera Ruffini et similibus. Aut cum pillulis purgabitis secundum maius et minus. ¶ Si corpori calido item cum reubarbaro et agarico, aut triffera sarracenica, prout in mayoribus lacius conscripsi libris pronunciandis de modo habendae purgationis ante pestem. Nam si pestis extat, ergo corpus mundus extat. Sed quoniam de fructibus et piscibus generatur pestis dicto ratione humiditatis praesentis anni refluentiam et mutaciones temporum humidorum, et consulo ita duo ad praesentem annum evitare usque ad frigora, cum assata minus nocent anni. Qualiter generant morbos pestiferos, quia nubes susceperunt cum allegata hodie, homines circa mutaciones moriuntur egredientes allegata experientia. Unde Ypocras tertio Amphorismorum: mutaciones temporum maxime generant morbos, id est ad morbum sunt ducentes. Pro istis et mayoribus recurratis ad subtiliora et mayora in collectorio mayori. Sed pro comuni volgarium haec sufficiant, salva correctione quorum interest. ¶ Cura huius febris est, ut rectificetur aer scilicet cum suffimigationibus odoriferis et maxime cum sucis et herbis frigidis, irrorationibus factis, ut dictum est supra, postea fiat evacuatio per fleubotomiam, si fuerit dominium sanguinis id est peccatum sanguinis. Et si glans fuerit in i⟨n⟩gwine, fleubotometur de zophena eiusdem pedis, si sub ascella de basilica opposita brachij principaliter. Si in collo de cephal⟨ica⟩ et fiat emplastrum a principio de semine canapi cocto et allei contusi cum melle, quia calide superponatur glandi cum modica tyriaca. Et aliqui dissoluunt tyriacam in vino et liniunt glandem aut cum oleo balsami et inveniunt quandoque perfectum, quod si aegri in vita permanserit, curetur glans cum macerativis et tandem cum operitivis et mundificativis, ut postea dicetur de curacione apostematum. Et multi, qui viriliter comederunt et biberunt in pestilentia, evaserunt, propter quod hortandi sunt pestilentici, quod si ceciderit eorum appetitus, ut comedant et bibant ultraposse aliqualiter. ¶ Quod si febris valde fortis fuerit, poterit dari aliqua opiata ut croci, camphorae aut spodij aut requies et sic extingwetur febris. Quae si reverteretur et virtus fuerit adhuc fortis, iterum detur, sit autem talis opiata: ℞ opij, piperis ana ʒi, croci ʒj, fiant trocisci cum vino. Dosis sit sicut una faba vel altera dimidia. In colerico vero cum ptisana. Detur cum camino aut guthano ut Ytalici faciunt, large plus Bohemi facere dicunt.

Capitulum de praeservatione sanorum a pestilencia. Rectificetur principio aer cum suffumigacione rerum odoriferarum sicut thus, mirra, juniperi grana, tymiane aut uno ex hiis aut absin⟨thio⟩, musco, camphora etc. Etiam irroretur pavimentum

domus sive habitaculi cum aceto. Et addite frequenter acetum portando spongiam in aceto infusam in manu vel mirtum vel camphoram vel storacem, cala⟨mentum⟩ aut unum aut omnia comuniter, prout supra scripsi. ¶ Et cavendum est de frequentatione hominum et praecipue infectorum, ymmo cicius inficitur a peste quam in expeditione maculae; nam a peste, id est a subita morte liberatur. Caveas medice, quia hoc tangit iuvenem medicum, secus[1]) antiquum. [Bl. 163ᵛ] Nam morbus epydymialis est contagiosus et infections. ¶ Cavendum etiam est a balneo, tum quia balneum commovet humores et conturbat, praecipue si sint dispositi ad putrefactionem, tum etiam quia multi pestilentici intrant balneum unde aer balnei inficitur. Et si fuerit aer vehementer ca⟨lidus⟩, infrigidetur cum irroratione aquae super pavimentum domus et inponantur frondes salicis. Cibus sit boni nutrimenti et assato unico ferculo utamini et non elixatis, quoniam assata exsiccant maxime in cena, et apponatur ad omnem cibum acetum. Nam hoc exsiccat et putrefactioni resistat. Modo acetum est res per se generata ex putrefactione, tamen restistit sui siccitate et praeservat sui frigiditate, sui acetositate provocat appetitum, quod est contra aliquos qui dicunt, quod *kyssyle*[2]) id est, *zawer* non valeat in febribus nec sanis. Error est, de quo in collectorio mayori lacius patet. Et non tolleretur sitis, ne propter causam inflammentur homines. ¶ Et si aliquis humor supervenitur, evacuetur sanguis per fleubotomiam, alij humores per materias [!] laxativas, inter quas optimum principium, et maxime confecta ex aloe, croco et mirra, ut dicit Avicenna et Paulus, rursus omnes antiqui et periti medici dixerunt, nullum fuisse mortuum in epydimia, qui fuit usus supradicta confectione. ℞ ergo aloe ʒ i, mirre ʒ i semis, croci ʒ semis et fac inde pillulas secunda coctione ℥ semis; et si videris multum laxari, quod rarissime contingit, poteris in sequentibus diebus dosim illam aliquantulum minuere. Bonum etiam est, sumere tyriacam antiquam [?][3]) j ℈ cum vino, vel metridatum, semel in viii. diebus vel in ij vel iij septimanis. Nam frequens usus opiatorum medicinarum est molestus error multorum imperitorum, qui dant opiatas principibus, nec intellexerunt, quoniam opiatae si dantur commovent et conturbant. De hoc lacius patet in collectorio mayori, ubi reprobavi tales offerentes opiatas et tyriacales medicinas nec intelligunt, si causa subest et necessitas. Ymmo faciunt materiam ut balnea per omnia bene non propter parvulos repetam. Nam de radice superiori, quae fit virtute, lumine et intelligencijs mediantibus, quibus agant astra in inferiora, sunt ista tria principalia,

[1]) So steht da; statt *sicut?*

[2]) Tatsächlich slawische Bezeichnung für „sauer".

[3]) auream?

quae astra causant effectum diversarum incommoditatum, quae considerant Astronomi et Astrologi. ¶ Radicem vero inferiorem, quae sumitur ex aura, ex fructibus multis, ex corumpcione aeris, ex regimine cibi et potus, ex loco habitacionis et similibus, ut aer tunc dictum phisici radix inferior est, quae est in medicina, et verior ex sensatis una intencione [?] conclusus in bona, quam hoc facere et esse venturum. Sed astronomo plus creditur de motibus astrorum et iudicijs eorundem, quae est ratio superior. Medico vero plus de ratione inferiori tamquam de causis primariis antecedentibus et coniunctis, id est minutis, quae existit vera demonstracio seu syl⟨l⟩ogismus demonstrativus. ¶ Astronomus autem et astrologus iudicant de causis remotis, quae sunt causa pestis, tamen sicut quaeritur dicitur, quicquid est causa causae, est causa causati. Medicina praerequirit cognicionem astronomiae et astrologiae, maxime modo indiget duorum luminaria ad aspectus signorum, ut dicit Ptolomaeus, et medicina invenerunt illa fore, quod in signis ruminantibus venit vomitus, idcirco medicinae laxativae non sunt dandae. ¶ Et in ariete frigido incidi venam capitis aut volnerari est malum, quod signum respicit eadem, est in alto, et sic de aliis signis tenet educi respicientes partes membrorum corporis humani, laesio talis membri tali signo coeunte et respiciente tale membrum sequitur malus effectus, de quibus talia declarare non est praesentis, igitur licet inspiciatis per calamum in dictis suis centiloquium et almagestis et alios astronomos. Versus: Ar ca., chan. col. ge. brach.[1]) etc. iuxta [Bl. 164r] xij signa zodiaci. ¶ Ista praeservant veraciter a peste, ante omnia purgatio, id est evacuatio, quae fit aut per fleubotomiam aut per farmaciam. Ita acetum, acetosa, pimpinella, ficus, rutae, nuces magnae, iuniperi, raphanus, dyptamus, genciana, aristologia, rosae, lauri baccae, panis tostus aut unum ex hijs sumetis, sicud volueritis. Aut fiat unum conditum id est confectio aut tyriaca cum zuccara aut pilulae aut electuarium in bolis et unus sumatur aut tres pilulae post primum sompnum, transgluciantur cum potu a. iiij., secundum quod quis est fortis ant debilis. Et bonum est ad ista apponere confortantia stomachum, ut zitwar, zingiber aut galangam, pro epate spodium aut sandali, pro corde crocum aut maces. Versus: Gaudet epar spodio, mace cor, cerebrumque musco. Pulmo liquirita, splen capparis stomachusque galanga. Item cavere a fructibus crudis a piscibus, maxime non squamosis et degentibus in locis aquarum non currentibus,[2]) item a lacte et a boletis et fungis, a coitu et balneo et a communicacione hominum. A sompno meridiano, ab ira, melancolia, cogitationibus intensis de obiecto

[1]) Aries capiti, chancer collo, gemine brachijs. Die bekannte Melothesie vgl. Studien zur Geschichte der Medizin, Heft 10, S. 199 ff.

[2]) statt „currentium".

pestis. Nam solus timor cum memoria contraria de peste facit lapsum pestiferum, non quia virtus umana, quae est frigidior mandat inferioribus ut virtuti expulsivae, quod faciat apostema, si humor fuerit corruptus in corpore infallibiliter. ¶ Item a multa et excessiva potacione, quoniam nimia humiditas et ocium adiuvat ad putrefactionem. Quare assata comedere pro cena prosunt pro exsiccare et rostata habere. Item a medone cave, quia dulcia opilant. Bonum ergo esset, in comodo tam in tempore noctis quam cibis et potibus habere exsiccantia. ¶ Caveant primum a fructibus, nam fructus, piscis et lac inter omnia mundi magis apta sunt putredini et gula et ipsorum similiter. In praesenti anno fructus plus existunt aquosi et indigesti, cur plus abiles ad putrefactionem. Bene ergo nuncciarunt antiqui vel patres nostri rectum, veram anno exeunte fertili in fructibus praecisam praedixerunt pestem fore futuram. Haec ille Albicus. Sed dicit quare pueri moriuntur in peste comuniter et non senes. Ratio est, quia in sene est firma coniunctio membrorum et solida et compaccio resistens, cutis rigida, dura ossa, nervi venae et arteriae propter frigidatem claudentes poros. In iuvenibus autem omnia sunt aperta, porosa et mollia, habent membra, quae cito recipiunt impressionem et infectionem propter minorem resistentiam, ut infra lacius dicetur. ¶ Sed hic possunt multae moveri, qua est iunculae materiam pestis concernentes. Prima, quare, cum superiora inferiora gubernent, id est conservare in esse tenentur, maxime sol et luna, ut patet in primo Metheororum, necessarium fuit, hunc mundum fuisse contiguum inferiorem etc. Quomodo ergo existit vel possit esse causa corruptionis et mortis. ¶ Secunda quare, cum aer sit corpus simplex et putredo sit mixtorum, qualiter epydymia, id est pestis, potest provenire ex putrefactione aeris et aer est igne plenus, ut dicit Aristoteles quinta parte probleumatum. ¶ Ad primam respondetur quod superiora de per se intendunt ad conservationem inferiorum. Sed de per accidens alii sunt causae corrumpentes et mortificantes. Nam varijs et diversis motibus moventur in ordinibus, propter quod diversas habent coniunctiones et aspectus, ex quibus eorum complexio ipsas non conservaret, sed male disponi et corrumpi [Bl. 164^{v}] propter tales alterationes. Ad secundum dicendum, quod aer simplex non putrescit, sed mixtus cum vaporibus terrestribus et aquosis putrescit. Sed quia ignis mixitionem aliorum non patitur, non putrescit, sed bene caetera elementa, ut in metheoris: omnia putrescunt excepto igne. Cum ergo aer nos circumstans et circumdans non sit purus nec simplex, unde Avicenna primo canonum de qualitate aeris ait: Verum dicimus illum nisi quo etc. ut de ipso loquitur philosophus[1]) in allegato probleumate, sed de primo in spera propria. ¶ Tertia quaestio, quare epydymia

[1]) Aristoteles.

magis accidit in fine aestatis et tempore autumpni quam aliis temporibus, cum aer sit tunc frigidus et siccus et minus putriscibilis quam alio tempore. Ad hoc est dicendum, quod causa est multiplex, prima quia aer existens subtiliatus valde a caliditate praecedenie aptus est, recipere quamlibet impressionem a vaporibus et fumis secum admixtis et eorum aggregationum, ex quo subsequenter putrescit facilius. Secunda causa, quia caliditas praecedens, quae exsiccando putrefactionem prohibet minuitur in fine aestatis et autumpni. Tertia causa, quia tunc magis multiplicantur venti adducentes seu attrahentes secum aliquando malos vapores a locis pravis, qui postmodum remanentes in ore sunt causa putrefactionis et pestilentiae. Quarta causa, quia tunc corpora multiplicant multas superfluitates, cum virtutes naturales sint debilitatae ratione diversitatis temporum dissolventis calidum naturale ex motu intus et extra, ut patet in comento tertii pronosticorum. ¶ Quinta causa, quia habundant fructus in temporis quantitate disponentes corpora ex nimio usu. Quarta quaestio, quare tempore epydimiae aliquando aliquae aves, consuetae in montibus et volare in altum, veniunt ad planiciem et volant prope terram, aliquando et econtra, quod faciunt etiam aliqui serpentes. ¶ Ad id respondetur, quod quando prius putrescit aer quam terra ex formis celi sive ymaginibus facientibus necessario id, cuius eventus a medico in quantum medicus ignotatur, aves volentes putredinem fugere consuetae habitare in montibus et etiam volare in altum veniunt ad planiciem et prope terram volant. ¶ Sed quando in terra prius causatur putredo quam in aere, tunc aves et serpentes consuetae convenire in planicie fugientes putredinem terrae veniunt ad montes, ut ibi habitant et volant ad montes et in altum quanto plus possunt. Et aliquando videmus, quod aves prius montes fugiunt et vadunt ad planiciem et post lapsum temporis revertuntur ad montes[1]), causa est illa, quia aliquando putredo prius ascendit in aerem et per tractum temporis in visceribus terrae, quia aer est subtilioris substantiae et facilius alteratur quam terra, et postmodum per continuationem alterationis putredo etiam fit in terra. Et ideo epydimia prius incipit in aere subtiliari et vehemencius invadit quam in grossiori, sed in grossiori durat tempore longiori. ¶ Sexto quaeritur, quae corpora facilius laeduntur in epydimia, an corpora dilatata in poribus, an stricta, an calida, an frigida, et quare aliqua corpora pereunt in epydimia et aliquando non, cum tamen stricta universalis, et quare unus in una familia tantum moritur et alij non, et alij omnes in una domo moriuntur et vicini non in suis, alii in una conterreata et non in alia. Septimo, quare nunc mo-

[1]) Dieser häufige behauptete Ortswechsel der Tiere bei Pestbeginn steht bekanntlich schon im Pestabschnitt des Ruphos von Ephesos, s. u. S. 131, Anm. 2.

riuntur homines et non boves et anno elapso erat econtro. ¶ Pro evedentia trium quaestironum affatarum est sciendum, quaedam corpora habere poros latos naturaliter ut calida et humida, quaedam poros strictos, quaedam non habere opilationes aliquas. Et iuxta haec dico quatuor: Primum quod corpora habentia poros strictos naturaliter et non opilatos, ut sunt quidem mulier ac quaedam vetulae laeduntur in [Bl. 165r] aere pestilentiali minus ceteris aliis corporibus, quia modicum attrahunt de aere per anhelitum propter remissam caliditatem cordis. Secundo etiam erit, per poros modicum aeris penetrat, cyma stricta sunt ac etiam illud parum, quod attrahit modico tempore, retinetur, quia viae non sunt opilatae, ac etiam quia habent qualitates alias complexionales, prohibentes putredinem secundum frigiditatem et siccitatem. Secundo dico, quod corpora habentia poros latos naturaliter et strictos propter opilaciones ut corpora repleta, quantumcunque robusta laeduntur materiae[1]) pestilenciali magis ceteris corporibus. Non quia multus aer attrahitur per anhelitum et quia opilaciones sunt, diu retinetur et sic fit magis impressio in eis ab aere et etiam fumi caput non bene expurgantur, vel etiam quia habent complexiones seu qualitates conformes putredini, scilicet caliditatem et humiditatem. Stat etiam, quod prohibitur transpiratio, quae est causa putredinis. Tertio dico, quod corpora habentes poros strictos naturaliter et opilatos minus laeduntur quam corpora dicta. Quarto dico, quod corpora habentes poros naturaliter latos et non opilatos plus laeduntur quam corpora in primo dicta, sed minus quam dicta in secundo et tercio dictis. Et ratione primae partis ex rationibus primi dicti patet ratio et sic partis ex rationibus secundi. Sed tertia pars probatur, nam corpora de tertio dicta habent opilaciones, propter quas statim prohibetur transpiratio et proprium calidi corumpcio, ideo fit interceptio a calore medij et talis est epydimialis, igitur epydimia incurrit de facili. Tertia[2]) ratio in corporibus tercij dicti aer attractus diu retinetur et virtus resistens est debilis, igitur causabit interfeccionem in corpore, quae est pestil⟨entialis⟩. ¶ Sufficiant haec rationes et hoc est contra quosdam, ex quibus correlative patet, quod corpora calida et humida habencia poros latos et opilatos magis laeduntur, post ista habencia poros strictos naturaliter et eciam opilatos, post istos habencia latos naturaliter et non opilatos. Ad sextam dicendum, quod ex diversitate passorum propter diversitatem compacientium et complexionum naturalium et accidentalium in eis repertarum et eciam propter diversitatem agentium provenientium ex diversitate aspectum. Residuum quaere in responsione ix partis seu quaestionis infra. Ad septimum dico quod hoc est ratione proprie tali singul⟨is⟩ inhaerenti nunc aeri,

[1]) „Materie" statt „materia".

[2]) So steht da, es ist aber wohl „quinta" gemeint.

propter quam sic generatur putredo in corpore hominis et bovis. Anno vero elapso poterat esse proprietas simpliciter in aere sic respiciens homines et non boves. ¶ Octavo quaeritur: juvenis fortis et robustus moritur in peste et vetula debilis mori non poterit. Ad hoc dicendum, quod vetula potest esse sine opilatione cum suis poris strictis naturaliter et non opilatis, juvenis vero fortis et robustus habebit poros latos naturaliter et deopilatos et sic cicius interficitur. ¶ Ex isto potest patere, quare mulieres et parvuli pueri inficiuntur plus alijs, quia in mulieribus habundat humiditas et superfluitas cum diminuto calido causanti opilationem. In rueris autem habundat humiditas et ex inordinato regimine causatur opilacio. Malus sanguis et humiditas causatur a fructibus et cibis et potibus superfluis immoderate sumptis. ¶ Nono, quare monicales et carcerati ut in pluribus non moriuntur. Ad istud est dicendum, quod hoc evenit, quia habitant in aere cooperto, nec se exercent in aere discooperto nec habitant cum aliquo extraneo potente inficere. Si vero aliqua earum sit infecta, communiter aliae inficiuntur quia ad invicem habent sijmbolum [Bl. 165^{v}] in humoribus propter idem regimen, quia communicant in anhelitu et in aere uno particulari et ratione particularis aspectus loci. Nam monasterium potuit aedificari et carcer subtus ascensu, quod uno tempore aer illius loci erit magis infectus quam aer alterius loci. Sed cum unus moritur in una habitacione, debent se alij statim absentare, multo magis quando sunt descendentes ex uno patre, quia saepe fillj sapiunt naturam parentum et ideo, si unus inficitur, alij etiam sunt dispositi infici. ¶ Contingit enim unum mori in stuba una et non alios propter particulares dispositiones repertas in illo et non in alijs. Hoc etiam accidit saepe in una conterreata[1]) et non aliis propter easdem rationes. ¶ Decimo quare guttosi rarissime moriuntur. Dicendum quod in eis sunt paucae opilationes, ex eo quod humores mali descendunt ad extrema et ibi causant guttas et non sunt apti infici. ¶ Undecimo quare post gwerras comuniter eveniunt pestilenciae et etiam post caristias. Dicendum quod tempore gwerrarum inordinatum regimen, propter quod causantur mali humores in corpore apti ad putredinem. Ac etiam quia strictiora disponentes ad gwerras saepe contingit disponere ad pestem. Post caristias vero eveniunt pestilenciae, quia tempore sterilitatis est saturacio nimia causans opilationes inde putredines. Sed de quare pueri moriuntur et senes non: quia insene est firma complexio resistens, cutis dura et stricta propter frigiditatem claudentem. Sed in juvenibus omnia, sunt aperta, ubi aer cito penetrat. Etiam juvenes inordinate vivunt et in gula, ex qua generantur mali humores. Etiam in iuvenibus fit cicior penetracio aeris corrupti ad cor et ad spiritus cordis propter

[1]) Vgl. Zeile 440.

eorum subtilitatem ratione caliditatis ipsorum ciciorem capiunt impressionem et transmutacionem aut infectionem. Bonum est ergo, pueros non simul iacere in eadem camera, nec simul loqui, nec simul balneari et prohiberi a supradictis. Et omni mane eis dare parvam tostam panis nigri ex aceto. Et quilibet habeat panniculum seu portionem spongiae intinctam in aceto ad odorandum et de sero[1]) fiat fumus in comodo cum rebus odoriferis claudendo fenestras ut aliquis fumus maneat in comodo, et comoda lignea potiora sunt lapidosis. Nota inter omnes pilulas contra pestem videlicet pilulae pestilenciales in septimana bis sumptae iij vel iiij pilulae de quibus maius remissum etc. Nota tempore Christi Maria Magdalena, Medica salvatoris, voluit mirrare corpus Jesu, volens corpus salvatoris a corruptione praeservare. Quia mirra praeservat a putrefaccione, ex quo in pestilencia est putredo, igitur materia ad pilulas pestilentiales intrat quadranten, id est quatuor res, quae iiij res ingredientes praeservant a putredine, ut thus, aloe, mirra et crocus. Crocus ponitur pro ductore, ut ducat alias tres res ad cor, et loco thuris ponunt masticem, quod plus laudo propter confortacionem, ut Ruffus testatur.[2])

¶ Et pro complexione colerica pilulae pestilenciales reubarbari valent odorare res frigidas ut ra⟨barbarum?⟩, acetum, camphorem, salicem, sandalum, ita quod tam pro mecudijs tam pro pomis pro complexione colerica, calida et sicca res frigidae requiruntur. Nam res calidae sunt venena pro complexione calida et sicca, cum curacio dumtaxat habet unum modum, valet per contrarium, quoniam contraria [Bl. 166r] contrarijs curantur, tertio Tegni, tam in via poenitentiae [?] quam medicinae; illa via habet veritatem. Modo contra omnem febrem etiam requirunt frigida . sed hoc loquor de praeservacione, nulla febre existente . tunc duae complexiones calidae ut colerica et sanguinea requirunt frigida. Aliae duae complexiones ut flegmatica et melancolica requirunt calida. ¶ Exempli gratia, pauper colericus intinget spongiam parvam aut panniculum in aquam rosarum mixtam modico aceto odorando, flegmaticus aut melancolicus odorabit grana pini aut juniperi aut macis, id est floris muscati, aut gariofilorum aut muscum, pis⟨a?⟩ et similia.

[1]) secundo?

[2]) In dem griechisch erhaltenen Pestabschnitt des Ruphos ed. Daremberg-Ruelle, Paris 1878, S. 351—354, steht davon nichts. Direkt könnte der Autor des beginnenden 15. Jahrhunderts aus Ruphos auch kaum etwas entnommen haben, höchstens durch arabische Vermittelung, da Ruphos in direkter lateinischer Überlieferung nicht erhalten ist. Freilich findet sich in ***Ms. 3900*** der Vaticana gerade ein Peststück des Ruphos lateinisch, bisher als Einziges seiner Art (nach Diels Katalog II, S. 91): „Ex scriptis Rufi de pestilentia", das ich noch nicht kenne. Hier bleibt also eine Lücke auszufüllen.

Dives vero colericus odorabit pomum ambrae aut de laudano aut musco bene camphorato aut rosato aut muscillato cum suco aut muscillagine psillij. ¶ Flegmaticus vero dives comune pomum ambrae odorabit de mane surgendo, quod intelligas de suffumigijs faciendis, tum semper intendas ad exsiccandum et in cibis agresta aut acetum et bulire cibum cum aquis currentibus. Si quis ergo fuerit pestilenticus utatur evacuativis statim cum festinacione cum minutione aut purgatione, post hoc confortetur cum hijs electuarijs dyacameron, dyagemmae, manus Christi cum perlis, dyamargariton, triasandali, dyarodon abbatis et similibus. Post hoc utatur granatis pomis, pomis malis granatis silentibus [?] coctanis assatis, capparis, limonibus, pomerancijs et omnibus aliqualiter acetosis, quare non est melius nisi uti ratione. Deus noster fugiebat tempore Herodis pestiferum hominem vitam conservando. Conservemus igitur dei adiutorio, quousque hora debita venerit, cavendo per fugam pestem, quia pestis non sequitur fugientem, et praecavere debet ab omni infectione rerum victualium, quantum fuerit possibile, et fortiter comedentes in peste evadunt, non comedentes moriuntur. Similiter habentes urinas ut in sanitate moriuntur. ¶ Quare consulo medico, ut in peste bene ponderet pulsum, quia inficit cor venenum pravum [?] et petit cor, comuniter vadit ad alia membra. Et est ymaginandum, quia primo inficitur spiritus cordis per inspiracionem anhelitus, quo infecto inficit secundum deinde tertium etc. Deinceps reddit [?], sicut lapis proiectus ad aquam unus circulus generat alium modo idem spiritus, qui est circa cor, vadit ad totum corpus. Talis spiritus inficit materiam, in qua existit, ut humores comuniter membra. Quare medicus subito debet expellere nociva. ¶ Sed d. a.[1]) cum in peste habet aliquis multas sedes aut multos sudores, multos vomitus et tamen moriuntur communiter, ut videmus. Respondeo: Si fuerit aurea cura [?][2]) evadit, sed vi sinthomatum malorum accidentium pungencium humorem moritur. Nota quamcunque evacuationem, quam sequitur alleviacio, est signum malum sive fit per vomitum sive per sedes vel sudorem, quae sunt signa cretica w⟨era⟩. Sudor et urina, ventris solucio, sputum, sangwis, apostema, vomitus sunt cretica signa. Est tamen unum remedium wulgariter secundum Albicum uti volentibus, ut mane gravatus in corpore ante omnem comestionem duabus horis ad minus ebibere tyriacam cum terra sigillata aut bolo in quantitate nucis avellanae vel modico plus, quia illa medicina prodit illam infectionem et curatur, quia sumpta tyriaca et post hoc sumpto cibo et potu in stomachum statim cogitur illud evomere. Et sicut fuerit et acciderit aut sumatur plus de illo electuario de terra sigillata aut bool

[1]) dicit Avicenna? Dicit Albicus?

[2]) a natura curari??

[Bl. 166v] armeno, quousque totum evomatur manifestum. Et postea sumatur tyriaca mayor cum decoctione salviae, rutae, aristolochiae, radice gentianae aut cum uno istorum, lauri baccis et tormentillae et herbam teruncij [?][1]) quae alio nomine vocatur palimonion in vino bono in fleumaticis et colericis cum ptisana aut aqua borr⟨aginis⟩ aut endi⟨viae⟩ aut portu⟨lacae⟩. Item melicratum, aqua capil⟨lorum⟩ ve⟨neris⟩, capparum aut mellissae aut ungellae et cum tali vino sic decocto et munde colato sumatur tyriaca vera modo consueto semper in ieiuno et quod semper provocetur sudor aut in lecto iacendo vel sic ieiunus balneum intrando sic ideo sit febricitans balneando in calore lento et sudor semper abstergatur cum panno lineo calido, quoniam non est uberius nisi expellere venena maledictae pestis et odiosae. ¶ Errant ergo nec intelligunt, qui volunt continue confortare in peste, quoniam non sapiunt dicta divi[2]) Ypocratis, sicut dicit: non pura corpora quanto magis nutries, tanto magis laedas, quare statim festina evacuare in principio. Nam materia est furiosa, in qua non expectatur digestio. Non evacuato quidem est genus ad purgationem et minutionem iuxta mandata divi Ypocratis: in acutis morbis eadem die differre materiam. Item confirmacio illius per eundem: inchoantibus morbis si quid videtur movendum mane, in statu id est in tertio vel quarto die, silentium habere melius est, id est nil facere. ¶ Si vero quis fuerit colericus et calidius, de tyr⟨iacam⟩ cum mayori quantitate boli armeni et minus de tyriaca cum aqua endiviae aut portulacae aut scabiosae, tamen respiciatis particularia. Si debilis et iuvenis minus, si fortis plus, videlicet etiam in praeservacione a malo illo tale electuarium. ℞ nuces mayores xx, ficuum mundarum xv, rutae manus una, radicis gencianae ℥ iij, aristologiae, pipinellae, granorum iuniperi, gramen tormentillae ana ℥ j, salis comunis ad quantitatem nucis, mellis puri q. s. conficiantur ad modum electuarij, de quo sumatur ieiuno stomacho ad modum nucis avellanae. Aut fac pilulas et transgluciat iij vel iiij. Aliqui addunt tormentillam, herbam calacij et bene usus talis electuarij praeservat a ventosis et toxicis. Ego laudarem, quod in confectionibus contra pestem cuilibet daretur secundum sui naturam et aetatem et complexionem et certam quantitatem unius complexionis sigillatim distribueret, alio non erit, nisi unum universale et chaos. Modo medicinae amministracio non est universalium sed singularium, igitur quod forti in hac aetate iuventutis detur tyriaca ad mediam nucem parvam cum bolo ut unum pisum. Nam eo existente fortiore detur mayor dosis et mensura. Nam iuxta aetatem sunt medicinae amministrandae et variandae et tempus anni, quia si sor. est colericus, extenuatus et adustus, frigida sunt danda cum

[1]) Vgl. Zeile 760.

[2]) Es steht wie oben „domini" da.

tyriaca cum bolo armeno vel terra sigillata. Et debet dari cum aqua bor⟨aginis⟩, endiviae, aut portulacae aut ptisana cum uno hausto tepido. Nam omnia, quae debent facere sudorem, debent tepide bibi, et pono ad illum haustum aquae et misce insimul. Et si non habes aquam endiviae vel alterius, decoquas herbas cum aqua fluviali, post bibicionem ponendo ad lectum cooperiendo se bene et sudabit. Quem sudorem bene abstergatis cum panno lineo aspero et calido. ¶ Si idem sor. fuerit senior et forcior, detur de tyriaca ut duae nuces parvae mixta secundum modum expressum. Sed in frigidis complexionibus detur tyriaca cum decoctis rerum calidarum ut iuniperi, aristologiae et dyptami ac similibus, ut supra scripi, vel detur cum vino albo et bono. Idem de pilulis pestilentialibus per omnia regulariter [Bl. 167r] facietis vel poterit uti istis pilulis, quas laudo: ℞ tyriacae mayoris cum bollo, ossis de corde cervi vel ambrae griseae et modico croci, aloe et mirra, fiant pilulae cum malvasia. De mane quando surgitis transglucietis ij vel iij aut plures, secundum quod sunt magnae vel parvae. Tales pilulae prohibent, ne aer infectus ingrediatur cor. Sed pauper faciat de tymiana pilulas aut de mirra cum mastice aut albo thure aut cum laudano, cum storace, cum modico croco, aut pulveres ex hijs sumet. Si fuerit calidus, tunc cum modico comphorae, uel possunt fieri trocisci ex iam dictis vel ex uno facietis fumum tempore noctis, quia odor corriget tam aerem comodi quam corpus humanum etiam confortabit. ¶ Sed ego vellem, quod in dando praeservativa pestis ponerentur confortancia omnium membrorum cum praeservativis, cuius oppositum facimus et male. Nam doctus phi⟨sicus⟩ ante adventum domini, ut Ypocras testatur in libro suo epydimiarum, practicaverunt de pestilentiis, quae tunc et ante tempora eorum erat, et posuerunt quod ante adventum, ubi erat pestis ymmo post archam Noae et excessum mandatorum et praeceptorum Christi. ¶ Et per Gal⟨enum⟩: Inchoata est nostra miseria et immoralitates, quia, ex quo huius mundi machina fundata erat in quadam ordine et regimine, jam non est ordo et medicinae regimen, jam omnes vivimus in otio et gula, quondam omnes in sudore et labore. Quare in ocio colligimus superfluitates, ratione quarum venit nobis contraria materia [?], videlicet in administracione rerum naturalium et non naturalium et praeter naturam, de quibus Jahannicius, in quibus consistit sanitas. Et in has hodie omnes docti finaliter resident. Tunc etiam valet ut testatur Ypocras pridem, qui erat ante natalia Christi, homines incurrebant pestilenciae. Quia infectioni aeris ut tempore Regum Castelliae et Appollonis et Esculapij sentiebant gravitatem corporis et pectoris et corporis nauseam, dolorem corporis, vomitum, pulsum frequentem, intemperiem aeris, mutacionum temporis et aeris, fetidum anhelitum difficilem dolorem in pedibus. ¶ Ymmo quando sentis te gravatum, idem fac statim. Tunc temporis propinabant tyriacam

mayorem iuxta supra scripta et sudaverunt et post minutionem faciebant et penes apostema posuerunt ventosas cum scarificacione et extrahebatur sangwis infra apostema. ¶ Post haec purgaverunt cum pilulis, colericum cum reubarbaro aut fumo terrae, sed flegmaticum cum pilulis turbit aut benedictae aut yera, si melancolicus tunc cum pilulis de lapide lazuli aut yera Ruf⟨ini⟩ aut de electuario nigro aut acuatis pilulis pestilentialibus; cum hijs plus laudarem aut cum pilulis magistri Nicolai. Et post cum tyriaca, dissoluta cum aqua scabiosae aut rutae aut eusdem, in corpore colerico propinetur et perungatur saepe regio cordis cum tyriaca mixta cum melle et ficu simul mixtis. ¶ Et haec remedia reiterentur, quociens cunque oportet, quousque perfecte curentur, ut supra scripsi. Galienus tercio Tegni: natura non patitur subitas immutaciones. Scitis quando quis subito immutatur et extenuatur, nec per vigilias nec fluxum ventris nec alia evacuatione mors est ventura. Nota pauper circa finem libri tercij pronosticorum.

Nota de tyriacis bene dandis. Tyriaca corpori sano gravat et primum tribus modis in primis qualitatibus. Nam tyriaca medicamentum est calida et ideo semper [Bl. 167ᵛ] calefacit corpus, quod indigebat. Secundo ex qualitatibus stringit et ingrossat ratione opij; nullo autem istorum corpus sanum indiget. Tertio horribiliter gravat ipsum, cum non invenit ibi venenosam materiam, quam expellere debent, et cum ibi sit venenum in tyriaca propter crocum tyri, ideo illud venenum interficit altera et corrumpit corpus humanum. Et est simile de medicina laxativa, quae cum non invenit humorem peccantem, convertit se ad humorem bonum et sanguinem et carnem, ut dicit Ypocras. Sana habentes corpora farmacijs uti est difficile, ideo non debet dari tyriaca sano, nisi in duobus casibus, scilicet ante cibum sumptum aut cum sit pestilenticus, et item potest dari sine periculo cum dei adiutorio, et nihil nocebit. ¶ Nota. Receptas ponam tres vel quatuor praeservativas a peste et tres aut quatuor curativas. Unde nota quod aliqui administrant tyriacam cum bolo armeno aut terra sigillata et non invenit venenum, facit item venenum in corpore, quia ex nullo istorum generatur humor bonus sed venenosus, quia ex bolo generatur melancolia, fex humorum. Et nescio quomodo terra sigillata generat bonum humorem et quomodo potest digeri a corpore humano talis terra tenax; ymmo non dubito, quin destruat interiora. Et ex natura provocat vomitum per Avicennam tercio canone de bolo. Sed quare ponitur cum tyriaca debito ad stringendum sui frigiditate et siccitate ventam et ergo tyriaca a corpore sano non debet sumi, quia propter tyrum, id est serpentem venenosam, convertitur in humores venenosus. ¶ Istud secretum preservativum habeatis sub hac forma: ℞ nuces mayores xx, ficuum mundarum xv, ruta manus j, radicis gencianae ℥ ij, aristologiae rotundae ℥ i, salis comunis ad

quantitatem nucis, mellis purissimi quantum satis, conficiantur ad modum electuarij, in colericis et calidis corporibus cum zuccaro, in frigidis cum melle quantum satis, cum melle iuxta mentem doctorum plus laudarem; nam siccum est et praeservativum ex radice de canone Avicennae . aliqui addunt tormentillam herbam teruncij [!] [1]), de quo sumatur ieiuno stomacho ad quantitatem nucis avellanae. ¶ Versus et resinis [?] electuarii praeservata venenis et toxicis. ℞ de tyriaca et terra sigillata et usus eius est ante comestionem immediate ad quantitatem unius nucis avellanae pro una vice et non saepius. Hoc consulo ubi necessarie. ℞ camerarij [?] [2]), ameos, petroselini, apium, blalentiam, id est mater sileris montani, calamentae, bethonicae, cumini, pulegij, ysopi, spicen⟨ardi⟩, piperis, zingiberis, salis gemmae, rutae, hosen id est centrum galli, herbae regiae, id est eufradiae albae, masticis, croci, mira bil [3]), omnium ana semis, plus de citrino. Utatur omni tempore indifferenter. Addenda sunt ita cinamonum, squinantium ana ʒ i, mayoranum, folium balsamitae [?], basilicen, cardamomi, galangae, liquiritiae ana ʒ ij, gar⟨iofilarum⟩ ʒ j semis, sandali omnium ʒ j, spicae ʒ semis, fiat conditum aut electuarium cum melle quantum satis aut boli aut tracis prout placet. Nam bonum est, providere omnibus membris, in quibus aliquando latent venena. Rp. gar⟨iofilarum⟩ ʒ i, zingiberis ℥ semis, cinamomi [?] torrefacti ʒ iij, radicis tormentilla, radicis dyptami, radicis paeoniae, peucedani, radicis gencianae ʒ v, radicis agrimoniae, radicis ypericonis ana ʒ j, ficus ℔ numero, nucis magnae ℥ semis, rutae ʒ iij florum [Bl. 168r] borraginis, buglossae, rosarum rubearum, verbenae ana ʒ ij, spicae, squinanti, spodij ana ʒ i, sandalorum ʒ semis, radicis capparorum et costi añ ℈ j, croci et castorei ana utriusque [?] ℈ semis, al⟨l⟩ij ʒ semis, salis comunis ℈ ij, tyriacae fermentatae et mayoris ℥ iij, boli armenici ℈ i semis, aloe ʒ i, fiat conditum cum melle despumato quantum satis. ¶ Si laxare volueritis addatis ad ʒ ij fermenti wirace pulmonum, mirabalanorum, senae ℈ i, lapidis lazuli et armeni electum, agarici, turbith et dyagridij ana ℈ semis, pulverisentur et misceantur cum aqua rutae quantum satis. Propinetur secundum magis et minus etc. iuxta tenorem virtutis, aetatis, regionis, temporis, anni etc. Sed quae sunt signa comunia et quae singularia seu specialia, ex quibus quis valeat elicere sive praedicere futuram pestem, remitto vos ad collectorium maius per me quantum valui colligere recollectum; ibi vide et lege, et aliqua repetij pluries propter impressionem mayorem memoriae. Rogo serventur istae duae et cetera; bene pauci intelligunt eas, nisi sint magistri. ¶ Explicit collectorium minus sub diversis

[1]) Vgl. Zeile 617.
[2]) camedri?
[3]) mirobalanorum.

repeticionibus collectum per doctorem Albicum in praeclaro
800 Studio Pragensi ad usum omnium tamquam caritatem collectum
sub anno domini M⁰ cccc⁰ vj⁰ etc. Sed pro curatione apostematum vel pustularum recurras ibi, ubi sic incipit. Tale erit regimen etc.[1]) Et invenies late curationem declaratam. Sed de radice superiori legas in fine hujus. Sequitur collectorium
801 maius et principio de signis pesti⟨lentialium⟩ fe⟨brium⟩.

Wenn auf etwas Besonderes hingewiesen werden soll, was dieses „Collectorium minus" außer seiner bei Pestschriften nicht gerade üblichen Komposition und Textstruktur auszeichnet, so sei Folgendes bemerkt. Mehrmals spricht der Autor von den Jahr 1406 als Pest- und Niederschriftsjahr (Zeile 20), auffällig ist die Bezeichnung der „scabies" als einer Herbstseuche (Zeile 121), beachtenswert die Gegenüberstellung der „Italici" und „Bohemi" in ihren Gewohnheiten beim Gebrauch der Ptisane (Zeile 259f.), was die Entstehung in Böhmen nochmals dartut, mehr noch die Verwendung eines tschechischen Wortes für sauer (Zeile 285). Auffällig ist auch das öftere Fehlen der Aspiration am Wortanfang wie „umana" für humana und „abiles" für habiles, was dem Schreiber anzurechnen ist.[2]) Die Abhandlung über den Sterneneinfluß auf die Pestenstehung hat in manchen ihre besondere Note, nicht nur durch das Hineinziehen der Melothesie und der „signa ruminantia" (Zeile 324ff.). Besonders viel Wichtiges enthalten die eingeschobenen 11 Quaestiones (Zeile 360—551), von denen ich nur die Darlegungen über das seltenere Befallenwerden der in Klöstern und Gefängnissen vom großen Verkehr Abgesonderten (Zeile 499ff.), die Pestfreiheit der Gichtiker (Zeile 516ff.) und die Kriegseuchen (Zeile 519ff.) nenne. Auch die immer wieder einmal vorkommende Betonung der gesundheitlichen Vorteile von Holzhäusern gegenüber Steinhäusern begegnet uns (Zeile 540). Mit seinem Prager Ursprungsort stimmt es auch zusammen, daß der Autor Zeile 202ff. fast das ganze Prager „Missum imperatori" einflicht.

* * *

Es folgt in der Handschrift direkt, wie im Schlußwort des „Collectorium minus" angedeutet, die zweite Ausarbeitung betitelt „Col-

[1]) Vgl. dieses Archiv, Bd. III, S. 408; IV, S. 203 und 392; VII, S. 73 (wo es auf Zeile 20 v. o. heißen muß Bd. III, S. 408, nicht IV, S. 408).

[2]) Auch der Gebrauch mancher nach Welschland weisender Worte wie *conterreta* (Zeile 440 u. 515) und *gwerra* (Zeile 519ff.) fällt auf.

lectorium maius". Der Text läuft mit einer neuen Zeile, der fünftletzten der ersten Spalte der Vorderseite des Blattes 168, ohne größeren Abstand weiter mit einer Initiale, die an Größe durchaus nicht die Anfangsbuchstaben einzelner Sonderabschnitte der ersten und zweiten Ausarbeitung Bl. 161^{r} Zeile 25, Bl. 163^{r}, Bl. 167^{r}, Bl. 168^{v}, Bl. 170^{r}, Bl. 171^{v}, Bl. 174^{r} übertrifft. Es spricht manches dafür, daß das Collectorium maius vor dem Collectorium minus verfaßt ist, denn er spricht dort Zeile 113 davon, als von einen schon 1407 geschriebenen.[1]) Ein Hinweis auf seinen Verfasser findet sich nicht in seinem Wortlaut. Auch Albicus wird nicht mehr genannt. Doch war auch sein Verfasser sicher ein Geistlicher, wie aus mehreren Stellen hervorgeht. Aber Geistliche waren ja damals zu Anfang des 15. Jahrhunderts die deutschen Ärzte überhaupt noch in ihrer ganz überwiegenden Mehrzahl, es will das also auch für unser „Collectorium maius" nicht allzuviel besagen.[2]) Seine Bezeichnung als die größere kompilierende Ausarbeitung findet in seinem Umfang kaum eine tatsächliche Unterstützung. Der Umfang bzw. die Langatmigkeit beider Schriftstücke sind im wesentlichen die gleichen. „Collectorium opusculare" nannte sich die zweite Ausarbeitung am Ende; sie leidet doch vielleicht etwas weniger an Weitschweifigkeiten als die erste.

B.

Collectorium maius (collectorium opusculare).

Signa vero febrium pestilen⟨tialium⟩ tam in pesti⟨lentiali⟩bus febribus quam alijs febribus acutis sunt tria scilicet praesentia et dicuntur signa demonstrativa, quae factim vel de facto demonstrant et ostendunt, hunc vel illum fore pestilenticum, videlicet anhelitus fetidus, dolor capitis, pedes qui volunt frangi, timent et odiunt lucem, quia volunt claudere vitam, spiritus anxius, insompneitas. prostracio appetitus, oculi involuntarie lacrimantur, posita iacet pedibus tortis in lecto et aliquando petit iacere in diversis locis, item ubi cadit, ibi pedes iacent. Item gravia sompnia, morsus cordis, vomitus, abhominacio cibi et potus, sudor, sedes multae. Item extrema frigent et in mediam prostracio oris, iacent dormiendo apertis oculis, rubent in facie, vident horribiliter, oculi concavi, aures surdescunt, frendent dentibus et qualiter statim non valent

[1]) Was allerdings damit im Widerspruch steht, daß für das Coll. minus stellenweise das Jahr 1406 als Abfassungsjahr aufzutreten scheint s. o. S. 137.

[2]) Besondets nach geistlichem Verfasser klingt z. B. im „Collectorium minus" Zeile 689ff.

bibere et transglutire. Ex hijs et similibus concludas complexionem malam assumptam, quod ostenditur causis similibus praeponderando signa mala bonis. Sed scias quod, quanto in principio aegritudinis fuerint accidentia horrenda, de tanto deterius et brevior duracio [?]. Nam natura non patitur subitaneas et horribiles et venenosas materias aegritudinis, laborat secundum ultimum posse pugnando, propter hoc mandat Ypo⟨cras⟩ tertio pronosticorum in capitulo primo: oportet autem principium aegritudinis, de quo tamen lacius infra scribam in fine, quatuor tempora morborum salubrium, videlicet principium, augmentum, statum et criticam [?]. ¶ Consulo ergo experto medico, ut quaerat ab infirmo aut assistentibus, quando praesens infirmus, cum quibus accidentibus incepït infirmari et quamdiu; ita singula oportet vernari [?] bonus iudex et medicus et facere processus contra reum, id est materiam morbi ante venenosam et statim nec deferat. Nam scribitur: Principijs obsta, sero medicina paratur. Ad idem vulgariter dicit Ypo⟨cras⟩ [Bl. 168ᵛ] secundo Amphorismo: Inchoantibus morbis si quid etc. Sed in statu aegritudinis peritus medicus quiescat nichil amministrando, alias erit homicida, infirmo mori cite, ut ibidem tangit commentator dominus Gal⟨ienus⟩. Sed signa reincorporativa praeterita sunt, videlicet quaerendo ab infirmo, antequam intravit aegritudinem habuit sudores aut dolorem capitis et pedum, gravitatem totius corporis, nauseam, tristiciam et abhominacionem carnium et ciborum et similium, ex quibus arguatis argutive, ut competens laicus in consequentiis [?] suis de futuris, id est de signis pronosticis. Singula signa praesentia et praeterita sumemus pro auctore sufficiente. ¶ Sed non sis celer ad concludendum; nam non omnia sunt medico congnita. Ymmo vidi, quod lumen dabatur ad manus et funeralia praeparata et mansit in vita, licet sit de raro contingentibus. Nam quo draro fit, etiam fit. Haec ille. Versus: Non est in mundo[1]) eger relevetur ut omnis. Bene ergo allegabat dominus Arnoldus de Nova Villa et Damascenus in Amphorismis: Solus deus curat languores, natura vero ancillatur. De quo dicit Ypocras primo Amphorismorum secundo: In perturbacionibus ventris et vomitibus, ut dicit Commentator B. [?]: natura enim omnium curatrix, medicus vero sinister dicit. Omnium natura curatrix. De quo Damascenus: Pomposorum et omnium medicorum etc. Ibi vide et non ponas os in celum. ¶ Ad evidenciam planiorem dominus Ypocras posuit iij libros pronosticorum, ibi vide lacius. Nam medicina est scientia, qua humani corporis dispositiones dinoscuntur et ab ea qua sanatur, ut habita sanitas conservetur[2]) et amissa recuperetur, prima fen quarti canonis Avicennae de febribus in principio. Pro quibus est notandum,

[1]) Es steht eig. „munco" da.

[2]) „consuetur" steht da.

ut sequentia intelligantur, quod aegritudo dicitur acuta .ov. tissima [!] . versus: Membrum materies exacuunt sinthomaque tempus . Glosa . Egritudo dicitur acuta quatuor modis, primo quia est in membro nobili ut corde, epate aut cerebro. Secundo modo quia est materia venenosa et acuta modificativa aut ignea et inflativa multum. Tertio modo quia habet mala sinthomata aegritudo, id est accidentia, quia colerica aut non possunt habere anhelitum propter inflaturam gutturis aut alias. Quarto modo dicitur acuta ex tempore et sic una aegritudo tempore autumpni est mortifera, si esset tempore vernali non esset mortalis.

¶ De signis mortis versus: Hijs signis certis etc.[1]) Fronte rubet primo. Unde supercilium. Sponte sua plo⟨rans⟩. Decidit et mente. Decidit et venter. Ac tardius plures decurrens perpeti turpi. Excubias patitur etc. Sique senex dormit etc. Haec ille. Et Ypocras sexto Amphorismorum. Attendere oportet iudicia oculorum in sompniis, si quid albi appareat commissis palpebris, non ex dyarrea aut ex farmaceutica potatione, mortale. Similiter quarto Amphorismo: Si a febre habita collum vertatur, ut vix transglutire posset, tumore non existent ein collo, mortale. Similiter egestiones magnae aut urinae magnae. De quarto Amphorismorum: Aegritudines magnae si egerantur, mortale. Item in non deficiente febre; si oculus torqueatur, ut non videat vel non audiat debili existente virtute, mortale. Similiter si disnia aut designia super venerit, mortale est etc.

Deinceps dicitur de signis et primo de signis aeris pestilentici. Secundum intentionem igitur Avicennae tria sunt signa, ex quibus medicus capit ingenia [Bl. 169r] infirmorum: derivativa, reincorporativa et provocativa. Ob hoc dominus Ypo⟨cras⟩ colligavit in libro pronosticorum et secundum graecos tria sunt principia, tempora in vere etc. Nam signa aeris pestil⟨entialis⟩ secundum semitam causae sunt ista: Nam in principio autumpni multiplicantur ignes plus solito, qui moventur in aere sicud stella candens[2]) vel circulus [?] vel stantes in aere ut columpna vel alia figura. Hoc est signum pestilenciae autumpnalis. Haec autem impressiones, non obstante quod fiunt de vaporibus caloris, et sic est qualitates iunctae in gradu incensa, obsistunt putredini pro tanto secundum aegritudinem gentilem secundum viam causae. Nam cum huiusmodi ignes sunt exalaciones calidae et sic per sibi similes missae hic nobiscum existentes, autumpni inducunt distemperanciam seu maliciam contra naturam, qui conversos pravos et pestilenciales morbos inducit. Item ideo tales multae exalationes non fiunt, quia multi vapores surgunt et quia secundum Aristotelem quinto probleumatum parte 21°. Quando ex terra vapor ascendit melancolicus, annus

[1]) Vgl. hierzu und zum Folgenden die Verse bei DE RENZI, Coll. Salernitana Vol. V. S. 62, Vers 216ff. [2]) Soll wohl „cadens" heißen.

pestilenciae fit. Isti ergo ignes intelligendae sunt, quia coniunguntur cum multa evaporacione post eorum apericionem, vel quia multitudo vaporum in aere non potest consumi, sed aeri miscentur et pars illorum potest calefieri, quamvis a principio suae elevationis non fuerit talis vel fuit occultatus vapor calidus et sic⟨cus⟩ in vaporibus humidis. propter istam ergo multitudinem humidis vaporibus vernalibus in aere exalatis et sic sursum elevatis fit aer pestilencialis et exinde fiunt ignes, qui non fuissent sursum elevati, si soli et inpermixti inrepissent accendere. Secundum igitur istum modum significant huiusmodi ignes pestilenciam et currunt via causae, quia radicant causam iam dictam. Item ideo significant via causae, quia non solum ignes moti, sed etiam quiescentes, qualis sunt cometae, fiunt ex dominio mortis, cuius dominatio sunt causae mortalitatis et pestilenciae in aere et curruntur esu earum, eo quod significant impressionem martis. Et pro tanto Ysaac fine primi[1]) cum dixit: Aparitionem flammarum et lampadum multarum et diversarum in autumpno significare pestilenciam. Subdit quod, si quidem huius intencionis rationem dicemus, quae sunt, non posse intelligi nisi prius praevisa ac intellecta motus stellarum scientia et coniuncciones earum adinvicem, quae fit in suis circulis et qualitate cuiusque stellarum, quae est secundum eorum loca, haec ille. Praeterea signum aeris pestilentici via causae est, quando multiplicantur venti meridionales in principio yemis et cum apparet nebulositas aeris et turbitas et aestimatur venire pluvia, nec tamen venit. Nam tunc sequitur complexio yemis corrupta; huius ratio est, quia illi vapores humidi cum caliditate putrefaciunt aerem et privacio pluviae aestimatae multam commixtionem vaporum resolutorum cum aere, et quia venti austrini sunt calidi et humidi secundum Aristotelem primo probleumatum 23^0 verbi quid [?] propter quod austri sicci, id est in aliquali febriles sunt et rident, quia caliditatem et humiditatem extraneam faciunt; et non solum potest corrumpi natura yemis post hoc, quantum ymmo tocius anni, si vapores et venti huismodi et nebulositates sive pluvia se multis continent ¶ de solano autem, si cum austro tunc concurrerit, propre yemalis pestis sequitur. Pestilenciam autem aestivam malignam significat paucitas pluviae in vere cum frigore, et deinde multiplicatur auster et turbatur aer aliquot diebus, deinde clarificatur ad paucos dies, ut scilicet vj vel vij aut citra. Cuius est ratio, quia aer paucae pluviae tenet menses usque ad aestatem et auster, quia est causa multorum vaporum [Bl. 169ᵛ] in aere, in signum cuius est turbitas aeris, et quando vapores isti profundati immiscentur aeri, quia aliqualiter subtiliatur, fit aer clarior, quam prius esset. Et ita caliditas ultra ebdomatem non debet durare, aliter non posset significare illorum vaporum consumptionem. Tali igitur

[1]) fi j.

existente dispositione suspicandum est, aerem factum esse putridum et iterum significationis istius confirmacio est frigus in nocte et caliditas et praefocacio et conturbacio, cuius est ratio, quia aer iste grossus et humidus absencia solis et in frigida etiam nocte ex hoc in corporibus humanis concludit calidum et ideo calor sentitur interius et cum hoc laedit spiritualia propter suam occultam maliciam, quare accidit in nocte, quasi praefocacio et conturbacio et inquietudo. Cor enim in eius natura et complexione laeditur et tunc plus cum propter circumstans nocturnum frigus mayori inspiracione est egens. ¶ Et quamvis etiam similitudo praefocacionis accidere debeat in die et cum homines hanc manis[1]) percipiunt, cumque calor ab intra non concluditur ut in nocte, cumque in die multa fit eventacio zephiro et borea, ut wult Aristoteles secundo probleumatum 21^0, cumque homines propter attentionem ad alia in die negacio[2]) huiusmodi mutacione ver [?] percipiunt, similiter accidit philosopho habenti apostema in coxa, qui plus molestabatur in nocte quam in die, de quo recitat de motibus liquidis, iterum, quandoque aestas est vehementis caloris, homines senciunt perturbacionem non potentes in nocte quiescere prae inquietudine, quamvis caliditatem non senciant manifestam. Et horae matutinales sunt alteratae accursu communi a frigiditate et caliditate, cum tamen circa auroram frigus plus pateat, quamvis sol sit nobis propinquior, ut wlt Aristoteles secundo problematum 27^0 et praecesserunt in autumpno multae impressiones ignitae, est signum pestilenciae et aliorum etiam videlicet bellorum, cum maxime ex dominio martis fiant et similiter, quando aer in uno die videtur alterari multis vicibus, et hoc virtutem debilitat, et cum oritur sol in velaminibus nebulae conturbatus et alio die clarus oritur et nebulae sparguntur in aerem ad instar pulverilenciae, etiam signum est, quod pestilencia accidit omnino, et hoc signum est verum, quocumque tempore accidat, ut si accidat in hac coniunctione, poterit significare pestem in vere aut intemperatum yemem secundum quantitatem vaporum et ipsorum maliciam. ¶ Signa autem aeris pestilentici secundum semitam societatis causae sunt, ut videantur ranae et reptilia, quae per putrefactionem sunt multiplicata, quia significant superfluam humiditatem, ex qua fiunt et vivunt. Aristoteles secundo probleumatum 22^0 articulo etcetera, sicuti vermes in nucleis fructuum. Et cum videntur mures et alia animalia habitantur in terra exire monitae. Quia hoc significat magnam putredinem in terra et cavernis. Numerum autem tactorum signorum pleraque isto anno secundum distinctas horas patuerunt, qui ymmo pociora, id est efficaciora ex ipsis. Et cum praeter originalem huius pestilenciae secundum astronomos coniuccionem, quae

[1]) steht da; statt „magis“?

[2]) ist „negocio“ gemeint?

summa[1]) est tacta, una coniunccio saturni et martis in cancro, quae 30 annis fit semel, malignitate inpressio anno habito immediate praecedenti, transiret de mense Julij. Quod signum cancer item in istis temporibus dura vehementer oportet nos timere, quod pestis aput nos, ubi deus et sanctus Johannes avertant pie, habundancius invalescat, invocandi sunt patroni [?] ante Sanctus Cosmus et Damianus.

[Bl. 170r] Signa autem febris pestilentialis accidentaliter occupantis sunt ista, quod utplurimum febris pestilencialis est quieta exterius et ita quod non potest calor ascendere; secundum igitur istum modum significant huiusmodi ignes pestilenciam et currunt via causae, quia radicant causam illam dictam. Item significant via causae, quia non solum ignes moti sed causae quiescentis, quales sunt cometae in extremitatibus, quia calor consurgit intus propter nocumentum magnum circa cor etc., quia gradus caloris in hac febre non est multum elevatus, sed conturbat interius propter causam vetatam, plurimum accidit pa⟨ralisis⟩ propter magnum nocumentum cordis. Et pro tanto dicit Gal⟨ienus⟩ in quarto Epydimiarum capitulo primo: pestilenciae autem omnes homines necant et debent per viciosas aegritudines et veniunt multotiens ad eas de eorum sanatione interrogandas, ex qua partitur[2]) caliditas et inflammacio fortis. Sed si dicitur, iam dictum est, quod in eo non patet calor excessivus, dici oportet, quod ista in vapores putridos malignos conclusos et detentos circa cor inflammacio non est propter calolorem [!] gradualem incensum in centro [?], sed propter multos vapores putridos malignos conclusos et contentos circa cor et pulmonem. Item in ista febre est magnetudo anhelitus et eius exaltacio, et constringitur anhelitus inter multum [?], quia major est necessitas exprimendi vapores putridos, quam remittendi calorem. Et licet istud sit comune omnibus febribus putridis, tamen plus est pestilencialibus et curtatur anhelitus ex defectu virtutis et ex hoc frequentatur. Et est in ea vehementia sitis et siccitas lingwae et hoc propter vapores putridos multiplicatos in spiritualibus se occultantes, qui comuniter inflammant os stomachi et in exitu per os lingwam exsiccat. ¶ Et est quandoque cum nausea propter corruptionem tumorum circa os stomachi, ex quibus etiam potest fieri dolor in orificio eius, et est cum casu appetitus, cui oportet resisti cum commixione, ne perveniatur ad sincopim et violenter interficiatur aeger, istius ratio ponetur in calido sicco.[3]) Et fit saepe cum magnitudine splenis, quia defectu caloris splen ventosatur et est cum angustia et inquietudine propter nocumentum interiorum,

[1]) statt „supra“.

[2]) kann auch „participatur“ oder „particulariter“ heißen.

[3]) stark verwischt; der erste Buchstabe ist bestimmt ein „s“, der letzte anscheinend ein „e“.

et quandoque adest tussis sicca propter vapores praesenter nocentes cannis pulmonis. ¶ Et est cum casu virtutis id est dispositione infra sincopim propter nocumentum in corde et cum permixtione rationis propter vapores ad caput euntes et tendere [?] quidem est sub ypocundrijs propter ventositatis, multitudinem et eorum retentionem. Et sunt cum ea vigiliae, mollificacio et paralisis membrorum, ut non possit illam movere, et hoc fit propter defectum virtutis animalis et tepor, id est debilitas, in qua homo stat intra [?], ut non bene sentiat nec et loquatur. Et accidunt apostemata subalbida cinericia vel livida vel rubra maxime in locis carnis, spongiae et emunctorialibus, sicut sunt igwen[1]) et sub ascelle propter ventosam materiam, quam natura expellere wult, et sunt saepe velocis cooperacionis et occultacionis propter defectum virtutis. Accidunt etiam ulcera seu pustulae cruris propter corruptos vapores tangentes partes cutis et fit pulsus frequens et parvus ex defectu virtutis et fit vehemens eius frequencia, quia calor concluditur intus. ¶ Et quandoque accidit dispositio ydropis propter vapores inflantes conclusos [Bl. 170ᵛ] sub cute. Et accidunt fluxus ventris co⟨lerae⟩ et aliorum humorum, quia, licet febres pestilenciales propter maliciam aeris et ex defectu virtutis praecipue fit ex putredine san⟨guinis⟩, tamen illo putrescente contingit et in alijs partibus diversos humores putrefieri, cum non possint tunc aut virtute regulari, et ideo accidit fluxus ventris diversorum humorum, tamen secundum diversitatem corporum in dominio malorum humorum ad putredinem paratorum sunt diversitates fe⟨brium⟩ pestilentialium in materia, ut in quodam homine fit haec febris de materia colerica aut cum materia plurimum colerica, in alio autem de materia flegmatica etc. Et egestio est laus et aequalis aequalitate materiae existentis, quae aequas significat documentum [?] innaturalis calidi unde talem aequalitatem vituperat Galenus secundo pronosticorum commento, secundo articulo. Et est plus solito fetida et non est naturalis in calore, substantia et in alijs et est spumosa propter ventositates multas non resolutas et unctuosa propter eliquacionem membrorum vel saltem pinguis [?] a calore intus incluso. ¶ Urina autem solet esse aut aquosa propter defectum caloris naturalis in se aut propter cruditatem materiae. Aut est colerica, si quando accidat cum febre adesse calorem, putredinem et inflammationem, aut est multa propter dominantem melancoliam aut livida propter caloris extinctionem aut modicum aut nihil a sanitatis urina distincta, quoniam ratio vel possibilitas subiungetur, et multociens evomunt melancoliam et coleram post illam, contrarius tamen erit ordo vomendi cum virtus istos humores regularet. ¶ Et sudant sudore frigido sincopali et fetido, quia quicquid ab eis exit libere, fetet et plus

[1]) statt „sub inguine“?

solito secundum Rasis secundo Almansoris. Et incipit haec febris quandoque cum fortitudine accidentium praedictorum et pervenit tunc ad sincopim et accidentia mortalia et frigus extremitatum ad spasmum propter ventositates grossas inclusas et propter defectum ca⟨lidi⟩ naturalis. Et talis spasmus est mortalis, ut dicitur fen secunda tertij. Aliquando autem incipit haec febris debiliter cum praedictis accidentibus, quod ipsa in primis apparent occulta nec parantur aegri nec tangens propinquantur multum calorem et hoc est quia tunc putredo humorum est similis putredini citris [?], quia habet malignitatem sive excessum in gradu caloris. et pulsus et urina non alterantur alteracione notabili seu multa et nihilominus aeger cito moritur. Et ideo medicus habet in principio haesitare et tunc, si accidit fetor anhelitus, etiam si accidentia forent manifesta et aeger morietur. Nam tunc est signum super putredinem confirmatam in corde. Et intelligatur de fetore tunc superveniente, non autem prius existente, quare existente urina et pulsus in tali casu sive aegro tendente ad mortem propinquam apparuerunt laudabiles se non multum alterati, potest autem valde videri mirabile, prima quidem haec febris cum putredine humiditatum et spirituum cordis. Idcirco videtur nesessarium pulsum ad maximum oportere mutari, quoniam est origo a corde. ¶ Ita quia infirmus statim occiditur, igitur videtur in corde, ubi est sedes vitae, maximam mutationem oportere fieri. Jtem quia videtur digna et laudabilis secundum Galienum primo de crisi ostendit velocitatem versum esse ad fiduciam sanitatis. Item ex defectu calidi vitalis existente in corpore necessario videtur oportere poni defectum calidi naturalis in in epate, cum epar dirigat virtutem cordis et sic illud eius vitaveris secundum Averroem secundo colliget. Aut cum dirigit auxilium caliditatis vitalis, ut sentiunt medici, quoniam autem spiritu cordis in tantum malignato, ut cito mors adveniat, ut potest laudabile apparere; oportet tamen circa hoc considerare secundum intentionem glos⟨s⟩ae [Bl. 171r] Gentilis, qui clarius et rationabilius in hac materia quam quicunque alius est locutus, quod quia urina est superfluitas epatis et etiam venarum mediante vertute alterativa, quae percipit ipsas urinas ab epate. Cum fe⟨bris⟩ pestilencialis non est nocumentum parvum circa epar, sed circa loca cordis et propterea in ea superfluitas, quae deciditur. Ab epate non alterantur in altacione [!] notabili seu magna. Unde urina in talibus febribus non est proprium signum, ymmo potest esse naturalis in colore, substancia et sicud nunc infirmo morti propinquo, sed quandoque in alijs aegritudinibus mortalibus et in ptisi urina non notabiliter ab urina sanitatis mutatur, et tamen infirmus tendit ad mortem. Nam ergo morbo non manente seu existente in venis lateris aut epate, urina potest esse bona et morbus mortalis. Hoc tamen quis notabiliter potest dicere, quoniam cum malignitate spiritus cordis potest stare bona digestio ipsius epatis, cum

spiritu cordis, sic illi sicud forma et perfectio nuprae [?], quoniam materia videlicet corrupta in corde scabiem materierum bonitas in capite, propter hoc evadendum oportet necessario teneri, quod disposicio spirituum et humiditatum cordis habet latitudinem suam a latitudine spirituum dispositionis et humiditatum epatis. ¶ Et licet non posset exire latitudo spirituum cordis, cum sequatur mors et destruccio epatis, potest tamen fieri multa mutacione inter illam latitudinem. Cum tamen non sit multa mutacio et notabilis inter latitudinem dispositionis spirituum epatis, item possibile est, quod aer pestilentialis, quando simul incipit inducere ventositatem in materia cordis, quam putrifaciat, tunc haec febris incipit cum vehementia et pravitate accidentium. ¶ Item potest contingere ex natura recipientis, quod aer pestilentialis potest inducere calorem quendam accidentalem remissum, unde homo lente febrit et calor iste est venenosus, et tunc cito tempore, quo calor iste non est venenosus, febriens habet pulsum bonum et urinam bonam, eum praecessit aliqua tolleracio in aliqua mensura nobis ignota, inducitur ventositas sine febre in tempore sive in instanti, et tunc occidit infirmum. Et tunc est necesse pro tempore saltem parvo et ultimo, dispositionem febris esse mutatam ad bonitatem vel ad maliciam et similiter urina et pulsus [?] . huiusmodi enim mutacio maxime est possibilis fieri in aere pestilenciali, nisi quidem mutacionis modi sunt duo; primus quia ponamus, quod aliquis febriat tempore pestilenciali febrem, quae ex sui natura sit salubris, quam paciens etiam incurrisset eciam [!] non pestilenciali tempore . vel ponamus, quod eam incurrerit ex aeris disposicione manifesta, de initio [?] sit salubris et stante illa febre salubri latebit in corpore istius aliqua materia venenosa, sicud materia antracis, quae fuit generata in aliqua parte spiritualium ex malicia aeris. Alia febris salubris, sed stabat occulta quieta in vera crisi istius febris salubris, ista materia movetur et attingit cor et subito interficit vel etiam in hora non crisi . hoc autem plus evenit in febribus pestilentialibus, quia tales primae materiae latitantes plus sunt aptae illo tempore generati, et tamen est hoc etiam in non pestilentiali tempore, licet raro poterit evenire. ¶ Secundus modus, quod stante illa febre saluber aer continue inspiratus convertat materiam ad venenositatem, quae prius non erat, ex qua patiens morietur, qui tamen aere rectificato mortuus non fuisset . et ideo oportet medicum multum cavere in rectificatione aeris procuranda . ex iam dictis patet causa terribilis effectus aptus tempore pravae pestilentiae, scilicet ut etiam [Bl. 171^{v}] vidi, quod aliquis liberatus ab aliqua febre continua per optimam crisim subito moritur in tempore, quo vere creditur convalescere. Hoc autem sic est possibile, quia licet sit iste per evacuationem debitam liberatus, videlicet per fluxum sanguinis, qui exivit, qui fuit causa febris continuae sanguineae, tamen in eo est aliquod peccatum colerae aptum

corrumpi . quam coleram aer venenosus ad naturam convertit veneni et ideo tali subita corrupcione colerae facta, quia virtus est debilis a febre arripere, quae ipsum in paucis diebus vel horis occidit. Nec de huiusmodi cita occisione est mirandum, tum quia materia ad huiusmodi malam transmutacionem est apata, tum quia aer multum est corruptus, tum quia malicia veneni est vehementer agens in corpus debile, quale est convalescentis. Et pro tanto etiam fen secunda quarti Avicennae terruit [?] mortem propter surgere ad sellam invenire [?] convalescenciae.

Pro curatione febrium pestilentialium primo advertendum est, quia, sicud supra notatum est, febres pestilentiales possunt esse in diversis diversae, ut in aliquo fleumaticae, in aliquo melancolicae, in aliquo sanguineae . etiam potest esse diversitudo ipsarum, ut quandocumque contingit humiditatem putrifieri circa cor et ista est vere pestilentialis. Quandoque fit venenosa putrida in humoribus circa alias venas ex ñ. ¶ In primis ergo, cum signa pestilentialis febris superius notata in aliquo apparuerint vel eorum aliqua secundum particularem pestilenciam convenientia, tunc opportet fieri evacuationem humorum per fleubotamiam vel farmaciam, secundum quod convenit, quia cum in febri pestilentiali ut plurimum non fit distemperancia nimij caloris, ideoque non est opus inprimis vehementis infrigidacionis et extinctionis sicud in causone et similibus, sed praesentia malae materiae indicat evacuationem potius et prius quam aliam alteracionem; ubi tamen cum magna inflamacione inciperet, ut cum esset materia colerica vel acuti caloris, audacter infrigerare possumus, oportet autem conari [?] ad citam evacuacionem cum materia sit putrida maligna putredine, in qua magna corrupcio semper expectatur, quoniam digestio propter praesentiam aeris corrumpentis et materiae aptionem. Item cum in furiosa materia non expectetur digestio materiae in ista minus materia putrida venenosa, quae omni furiosa materia furiosior potest dici; facere autem fleubotomiam in febre pestilentiali, in quo non conswevit parum [?] cum materia non sanguinea vel dicitur[1]) mayori parte sanguinis, vel cum universaliter habundant humores, et nunc magnus est calor et mayor, quam suum simile existat in alijs. Ac si quis dicit, huiusmodi evacuacio debilitat virtutem, ergo non expedit, oportet responderi, quod non debet esse eradicativa totius materiae, si est multa et virtus vehementer debilitatur, sed minorativa, quam Avicenna vocat exsiccativam quandoque per lax⟨ati⟩va[2]), quae purgat exsolvendo. ut sit tuber [?][3]) agari⟨ci⟩, quandoque leniendo solum vel consumendo ut cassia f⟨istula⟩, pruna, mirabul⟨ana⟩, secundum dis-

[1]) debetur?

[2]) „laxua" steht da.

[3]) „turbit" kann hier nicht gelesen werden.

positionem materiae et tenorem virtutis et aetatis, tam secundum proprietatem causae antecedentis quam coniunctae. In laxativis [1]) autem, cum humores plus apparent calidi, detur reub⟨arbarum⟩. Cum vero plus fri⟨gidi⟩ agaricum et turbit repressi. Et semper sint istae medicinae consolatae et cum tot confortantibus sociatae, ut cum osse de corde cervi, margaritis, doronico et xilaloes acuatae et huiusmodi et quandoque cum modico dyagri⟨dii⟩ vigoratae, ut cicius aperientur et stomachum desiccant. ¶ Ponit Amirandus [2]) Avenzoar (Bl. 172[1]) in sua practica cura de pestilen⟨tia⟩ medicinam laxativam, quam valde asserit in pestilentia quacunque competere pro putrida et venenosa materia expurganda, et est eius compar mixtio ista ℞ Aloes cicotrini, agarici, ferri [?], polipodii receptis, rad⟨icis⟩ lilij caelestis, fimi columbini sicci ana ʒ i et grana iiij salis, ellebori nigri ana ʒ ij et grana v luti, absin⟨tii⟩, alsezire, pulpae coloquin⟨tidum⟩ ana ʒ semis et grana ij, incidatur minutim et mi⟨ni⟩stratur cum tamtundem amig⟨dalarum⟩ dul⟨cium⟩ et passul⟨arum⟩ et postea coniungantur cum praedictis medicinis pulverisatio incorporando eas, cum butiro vaccino et syrupo acetoso et de illo bibat de modo [?] in modum [3]) vel de quarto in quartum cum sero caprino ʒ semis usque ad ʒ vj secundum tenorem virtutis et naturam pacientis, et tunc rationabiliter illa medicina in carnosis et fortibus multum tempore pestis laudatur sed in teneres carnes habentibus et mollibus ingeniosi oportet de lax⟨ati⟩vis supra notatis [oportet] infrigidari pomum pacientis cum odoriferis frigidis, sicut rosis, aquae rosarum, sandali, campho⟨rae⟩ et mirto et salicibus propter obtusam malignam caliditatem reprimendam, quae spiritus inficit cordiales, malignam eis imprimens qualitatem. ¶ Item oportet tunc rectificare eius mansionem, scilicet ut exsiccetur et fiat boni odoris, ut prohibeatur eius putredo, quod licet in existentibus adhuc late sanis, ut febre pestilenciali oppressis vel etiam remissa febris de materia frigida loborantibus aptius fiat per calida aromata supra carbones incensa, ut fumos dispergant ac etiam olfactione eorum in forma pomorum vel pulverum usitata, sicud sunt lignum aloes, thuris, mastix, muscus, storax, sandaraca id est barustenus [?] corumbum id est tymana, gar⟨iofilum⟩, mastix, terebintina, laudanum, muscus, iuniperi, laurus, gavina, savina, acorus, gallia, asarum, abrotanum, mirra, cimbra [?], saturegia. Ex quibus etiam, si placet, fiant composita, tam per incensum quam per pomum, hoc semper notato, quod in calidis complexionibus pro pomis de camphora aut aliis frigidis odoriferis secundum convenientiam participationum [?] apponatur. In actu tamen

[1]) „laxuis" steht da.

[2]) „Ammirandus Avenzoar" kommt noch öfters wieder, sodaß eine Verwechselung etwa mit „Abumeron" Avenzoar nicht gerade wahrscheinlich ist.

[3]) Etwa „modio in modium"?

taliter febrientibus praesertim materia ad caliditatem declinante aptius competunt frigida aromatica seu odorifera per suffumigia et pomis sicud sunt sandali, camphora, rosae, mirtus, cortices granatarum, mala cidonia alkekengi, quod volgariter dicitur cerasum iudeorum, acetosa et ribes. patet tamen rarissime in istis partibus pura frigida, in aliquo tali casu sunt apta propter regionis frigiditatem et propter multarum superfluitatum in hominibus exprivilegiatur et larga diaeta generantur, quae raro vel numquam sine flegmatis admixtione vel melancoliae et universaliter frigidi humoris ex generacione exsurgunt.

Pomum autem conveniens, cum calidae[1]) materiae dominium vehementer apparet, consulitur esse illud: ℞ rosae florum, nenufar, ammi, sand⟨ali⟩ ana ʒ i, camphorae, se⟨minis⟩ acetosae ana ʒ semis, musci grana iiij, ambrae gri⟨seae⟩ m. mirtillorum, se . endivie acetosae ana ʒ i, cinamomi, gar⟨iofilorum⟩ ana ʒ semis, fiat pomum cum sand⟨ali⟩ et aqua rosarum quantum satis. ¶ Cum autem frigida dominatur materia, pomum fit illud ℞ ligni aloes, macis, nucis muscatae, gar⟨iofilorum⟩ cinamomi, mirra ana ʒ j, masticis, thuris granum j semis, musci, ambrae ana grana viij, camphorae grana iiij, fiat pomum cum sufficienti laudano. Laudem autem et valorem musci [Bl. 172ᵛ] et camphorae in pestilencijs tangit Hali, ultimo comento tertij tegni sic dicit: Et post Galenum et Dyascoriden inventae sunt herbae ultimi iuvamenti welocis valoris, sicud valor in aegritudinibus pestilencialibus, ca⟨mphora⟩ et muscus in pestibus frigidis. Pauperes autem odorent herbas odoriferas ut rosam, mentam, basiliconem, mayoranam, saturegiam, arisolas, gar⟨iofilos⟩ aut aliquid de scarleto, infusum in aceto, aut spongiam mundam in aqua rosarum, aceto et vino involutam cum pulvere rosae aut gariofili. Item trocisci de camphora et serum vaccinum acetosum et lac acetosum ablato butiro et aqua rosarum cum sero aceto cum aqua et lutis frigidi et quandoque aqua frigida multa una potacione sumpta conferunt febrientibus febre pestilenciali valde secundum Avicennam. Et hoc est verum considerando debite putredinem febrilem, quia calida et frigida ei contrariantur proprie. Nam omnis putredo consistit in calido et humido. Et ideo trocisci de camphora conveniunt omni febri pestilentiali putrida colerica, in quadam vero minus ut fleumatica vel frigida, tamen pestilentiali fleumatica etiam conveniunt ratione putredinis factae ab aere putrido, cum tamen in aliqua febre fleumatica non pestilentiali non convenirent. Ideoque in febre pestilentiali cum colerica vel sanguinea trocisci de camphora non indigent mixtione cum remittentibus frigus camphorae. Sed cum fe⟨brium⟩ pestil⟨entialium⟩ est una fleumatica vel frigida, oportet addi aliquid de musco ut dyamirtum

[1]) calé, was dasteht, müßte „caliditatem“ gelesen werden, aber der Schreiber weicht öfters von dem geregelten Abbreviaturen-Brauche ab.

aut aliquid humidi. Et hoc volunt, ubi sunt remissi caloris, de tyriaca et de metridato remissi caloris securius in hac regione frigida et tempore frigido. ¶ Et credo hoc non fuisse Galieni de coincidentibus tyriacae, alias enim nimis calorem accidentalem augerent. Et eius tyriacae dosis haec conveniens est a ℥j semis usque ad j. Et mulieres etiam frigidae mayorem dosim possunt pati et sic tyriaca, quae transierit annum, valde est consumptiva, ut desuper bibatur aqua scabiosae et modicum vini. In febre pestilentiali est conveniens et laudabilis medicina de aqua rosae et bolo armeno et vino. Nota quod Avicenna innuit secundo canone capere de luto armenico, dicit enim ibi decimo: lutum armenum confert apostematibus pestilentialibus proprie. ¶ Et plures quidem iam sanati sunt pestilentici magis propter consuetudinem bibendi ipsum cum vino subtili, quia necessarium est vinum, ut perducat ipsum ad cor, et misceatur vinum cum aqua rosarum. Haec Avicenna. Sit auten haec proposita in receptis. ℞ aque rosae, lilij, vini lacrimae Christi, hoc etiam [?] vel albi boni et subtilis ℥ iij, boli armeni ℥ i s misceantur; ebibatur de illo mane, meridie et nocte cum syrupo suo, si materia timetur evenire et stipticitatis materia obvietur cum lenicione ventris et minoretur dacio [?]. Et in habentibus nimis strictum addatur aliquid modicum de enula campana vel ysopo ant dragaganto cum yreos, Laudis tamen praedictae medicinae est ratio, quia bolus ar⟨menus⟩ vehementer exsiccat et eciam infrigidat et impedit veneni et putridos facilem accessit et tardat spiritus diffusionem, unde eius confortat virtutem et defert et confert spiritibus. Similiter aqua rosae frigidae aromaticae et stipticae modica multum differt, de terra quoque sigillata praedictae medicinae convenienter potest apponi, cum etiam sit cordis et spirituum a veneni diffusibilitate defensiva, parvale autem amplius aliquas convenientes et syrupus cordiales misceri et cum praedicto medicamine ministrari. Aliqua autem excellentis laudis in febre pestilenciali plus calida sunt [Bl. 173r] rosae, acetosae, endiviae plus non frigida sed remissa, quae est ut plurimum aqua scabiosae praeexcellens et buglossae et melissae et boraginis et basiliconis, ex quibus conferunt propter aromatitatem et proprietatem conformandi eum, sicud basiliconis, melissae, rosati, buglossae aliquem propter calorem putredinalis alteracio, ut rosae, acetum, endiviae, aliquam propter virtutem tyriacalem seu contrarietatem veneni, sicut prae omnibus aqua scabiosae, quae volgari nomine dicitur tyriace, secundum quosdam morsus dyaboli seu praemorsinc. Syrupus autem convenientis et excellentis laudis fiat de istis rebus secundum participationum convenientiam cum zuccarae albestibus [?] de suco mellissae, basiliconis, buglossae, maioranae, uvae acerbae, citoniorum, quae omnia excellentis sunt laudis in fe⟨bribus⟩ pestiferis. Quaedam enim frigiditate et siccitate valde conferunt alterando et aromate spiritus confortant et stipticitate a veneno

defendunt. Et de istis speciebus cordialibus xiloaloe et de corticibus citri, osse de corde cervi, serico crudo, corallis rubeis, margaritis, iacintis, sandalis, camphora, carabe, masticis, spodij, limaturae auri, spicae nardi, mennoae, iuiubae, thamarindi, terra sigillata, cinamomo, floribus canellae. Nota de quibus districtio medicamenti aestimativa secundum participationum convenientiam et facultatem reciprocam ad considerandum cordiales electuaria et syrupos primo pestil⟨entice⟩ febriens, cum materia putrida multum est calida inflammacio vehemens, et non timetur de apostemate in intestinis secundum Avicennam, ubi supra ponit aquam frigidam multam uno haustu sumi propter inflammationis extinctionem, quae paulatim et modica sumpta non prodest, quae tunc posset incendi et in magnam inflammacionem convertí, ut etiam voluit Ypo⟨cras⟩ tertio regiminis acutorum. Sane tamen accidit in pestilencia calorem intus circulari, unde extrema rigent et retentis vaporibus tenduntur ypocondria et evaporant ad capud, unde propter vaporis maliciam fit sompnus et alienacio. Et propter incendium multum elevatur pectus et propter multitudinem vaporum exprimendorum multa fit eius restrictio etc. Unde oportet caliditatem extra habere cum fricationibus et vaporacionibus extremorum et augmento calidi naturalis cum cordial⟨ibus⟩ convenientibus vel epithimatibus. Scarletum distensum cordi applicandum vel cum electuarijs et confectis, quorum materialia et succi et aquae sufficienter notata sunt supra. Ut plurimum etiam cadit appetitus in febre pestilenciali propter communitatem stomachi ad cor, unde spiritus, cum quo stomachus suam facit operacionem, est corruptus, unde non appetit, et tunc est necesse, ut pa⟨ciens⟩ restauretur per commestionem. Ymmo cogatur violenter comedere, ut spiritus illi rectificentur et corrigatur eorum malicia, ita tamen quod frequenter cibentur et parum in vice, ut virtus debilis possit multis vicibus [possit] gradatim digerere, quod una vice facere non posset. ¶ Si etiam in eis sit appetitus prostracio vel non laudetur cibacio vicibus plurimis, causa autem est laudanda, quia spiritus cordis istorum sunt infecti et continue inficiuntur ab aere, ideo egent quasi continua revociatione et correccione per cibaria convenientia, dumtaxat quae sint acetosa facta, ut vapores laudabiles a cibo elevati et sic transeuntes propriate rectificent spiritus miscendo se cum eis, ut materialiter eos augendo. Et hoc valens Avicenna subiunxit, ubi supra, si necesse est eos restaurare [Bl. 173^{v}] supra cibum et consuetudine. Versus: Omnibus consultam iubeo servare diaetam Opprobrio [?] sic esse, nisi sit mutare necesse. Nam plurimi eorum quae agunt super illud et comedunt violenter, absolventur et vivunt. Et considerans videbit, quod haec cura assimilatur curae hominis venenati . oportet autem paciens a piscibus et leguminibus et fructibus praeterquam acetosis et stipticis et aromaticis aut propter proprietatem habentibus contra venenum

habentibus abstinere omnino et stare vitellis ovorum et aviculis assis et perdicibus et pullis, semper cum agresta uvae acerbae aut cum aceto vel, quod nobilius et utilius est, cum vino granatorum aut acetosorum aut vino citoniorum cibos sibi [?] condiendo. Et licet acetum ex putrefactione consurgat utilitatem tamen eius et virtutem in pestilencia omnes confirmant autores, cuius ratio est, quia ipsum frigiditate et siccitate sua substantia subtili pro funili [?] miro modo putredini absistit; qui autem calidi existentes ad guttas reumaticas disponuntur, eis plus acetum competit, sucus granatorum aut uvae acerbae. ¶ Item observentur fenestrae, aperientur versus eum, si fetor circumcingens undique non obsistet. De exituris ant sumbolis illis qui solent emergere, a quibus, ut volunt autores velud a basilisco, fumi exeunt in saeculum [?] oportet adverti, quod super eas multi de modo [?] repercussiva non conveniunt, quia tunc facilius ad nobile membrum rediret venenum. Ymmo calorem naturalem confortantia et debiliter resolventia possunt commisceri maturantia et fortius resolventia, et si manserit, praesens [?] oleum camomil⟨la⟩, salvia oleum ancirum [?], triticum crudum masticatum, flores camomillae, fermentum et alia quae posuerunt autores. Si autem exitura convertatur in saniem, ut alia apostemata mundificando et cauterisando curantur. Paciens vero, praesertim si inflacio existat notabilis, omnino vitet alleum, cepe, piper, galangam et sinapi et omnes medicinas acutas: quando etiam fuerit calor remissus competere non videantur et etiam visus est ammirando Avenzoar, tamen praecipue alentur [?] ad necessitatem, quia multae inspirationes aeris infecti necessitant eum, quia humores malos calidos et putridos habent augere. In hijs autem consuetudo multa indulget tolleracionem, quod tamen canon rationis negaret.

Similiter de cerevisia, quaere an triticea vel ordeacea sit eligenda pro potu. Si vero sit vehemens, eligatur ordeacea vel aqua rosae cum vino aut vinum granatorum aut citoniorum. Omnis panis eius sit de fermento mundo bene fermentatus et non sit a pistacione remotus, ei tamen qui multum constiparetur, in principio mensae panis furfureus expediret, nisi appetitus omnis eum retardaret. Abstractio suavis corporis fiat cum decoccione camomillae et melliloti, praecipue cum calidus est remissus et corpus non est rarum in poris, et multum laudatur, quia facit transpirationem putridorum vaporum et eventacionem spiritibus et sanguine conferventi. Summopere etiam aer mansionis recentibus ignibus depuretur, ut exsiccacione aeris vapores putridi consumantur, praedictis igitur in curae processu faciente sublimis et magni dei misericordia, quia propter hoc creavit medicinam de terra. Multi potuerunt pestil⟨entia⟩ febrientes mortis periculum evitare, ut etiam ammirandus Avenzoar in suo libro de cura pestilenciae loquitur confidenter.

[Bl. 174^{r}]. Pro praeservando regimine oportet inprimis

adverti, quod praeservacio requiritur prae omnibus, ut superfluae humiditates a corpore extrahantur, vel per fleubotomiam aut farmaciam specialem, considerando tamen, quod magna utraque evacuacione egent carnosi robusti, calidi et humidi quam aliter se habentes, ut habetur quarto primi, cum etiam tales ad pestilenciam parati existant! Incipiendum igitur est a fleubotomia, quia universaliter multi humores cum sanguine aut plus san⟨guine⟩ exuberare videntur, cum fleubotomia universalis sit evacuacio humorum, ut quarto primi notatur, secunda universam secundum naturam ad particularia oportet procedi, nisi casus impediant valentes, postquam farmacia succedat secundum exigenciam humorum aliorum cum sanguine quantitative peccancium. Circa huiusmodi autem evacuaciones oportet medicum valde esse sollicitum, ut decenter se habeat, humores infra scriptos secundum rectitudinem iudicij in evacuando, secundum Avicennae sententiam demonstrantes diligenter advertant, videlicet repletionem, virtutem, complexionem, actum, figuram, aetatem, tempus, dispositionem regionis et aeris et consuetudinem evacuandi et artem. Praeterea quemlibet in laudabili diaeta, sanguinem generativa, ut sunt pulli, perdices, ova, carnes castratorum, ⟨ha⟩edorum lactantium, agnorum aliorum [?], et frequenter agresta uvae acerbae et res acetosas et carnes utplurimum necesse. Et vitet omnia dulcia, quia opilant, nisi fuerint sufficienter rectificata. ¶ Et oportet vitare multum pinguia et brodiosa; pinguia tamen quia vaporabilia et inflammabilia, tum quia in malos humores convertibilia, brodiosa autem quia nimis humectant; propter quod etiam superfluum potum praesertim contra consuetudinem valde oportet vitare. Item pisces vitentur, quia fleumaticum et aquosum sanguinem generant, qui faciliter putrescit et malos humores ac venenosos sive venenatos faciliter convertitur. Item lac propter corruptibilitatem suam et eius magnam humiditatem. Qui autem piscibus abstinere non valent, tunc sint squamosi de aquis mundis et assi ad prumas sine multa infusione pinguium. Vinum bonum, qui saltem consuevit, bibat mixtum cum modica aqua rosarum et dummodo complexio in caliditate non minus excedat. Balnea, permaxime ubi multitudo confluit, summe vitentur, tum quia balnea multum resolvunt, spiritus exsiccando debilitant et cor multum calefaciunt, sic quod ad multam inspiracionem necessitant, tum quia contagiositas se diffundit ab uno in alium, cum pori sint valde aperti et corda calidiora et earum flectibiliorum propter calorem qualescunque vapores forcius extrahentem. Praeterea, qui balneo volunt vel debent uti propter consuetudinem aut indigentiam particularem, disponant sibi de balneis singularibus vel domesticis, in quibus rectificent etiam aerem inquantum possunt. Item vitent etiam spiritus multum resolventia et ex consequentia virtutem debilitancia, qualia sunt exercicium nimium, vigiliae et sollicitudines nimiae, ira nimia et intemperancia circa coitum, quae prae aliis

multum spiritus calefacit. Item nimis humectantia, sicud quies et ociositates superfluae praeteritae [?] contra solitum et sompnum minus prolixum et multum. Ideo valde caveant loca sepulcrorum, quemadmodum Avenzoar valde consulit, evitanda propter corruptos et putridos humores et vapores, quae ibi a cadaveribus resolvuntur. Item loca paludosa et stabula iumentorum propinqua [Bl. 174^{v}] et valde porcorum et intra sterquilinia fugiant. ¶ Item habitacionis camera, quantum possibile est, elevetur a terra, quia aer quanto a terra altior tanto existit purior, probat Rasis in suo continenti dicere attestatur. Insuper in aeris rareficacione magnum est studium adhibendum, de quo supra in capitulo praecedenti, similiter de pomis et rebus odorandis. Primo mane comedere et nullatenus tamem tollerare laudatur, cuius ratio patet superius. ¶ Cum vero lex dei et ecclesiae cogant famescere ieiunando, utamur de mane de electuario cordiali contra venenositatem aeris et defensionem cordis infirmi, ordinacio. Cibacio sit frequens et modica, cuius racio est praetacta. Ideo calidi de complexione et etiam frigidi non consueti vitent alleum et cepe et universaliter omnia acuta suis contrariis non repressa, cuius ratio est, nam, ut dicit Avenzoar, ubi scribit [?] reprobrans alleum et cepe in pestilencia et corcuptione, quia habent humores et acutos, qui generant et augent putredinem, hoc oportet intingi [?] de ca⟨lidis⟩ in complexione vel ubi tales humores in corpore inveniuntur, licet non multum calidi sunt de complexione et non repressa per contrarium in acumine generata. Multum autem ista consueti ideoque remissi possunt convenienter eis uti. Bonum tamen est, ut aceto vel vino malorum granatorum vel agresta aut vino de citonijs reprimantur. Item carnes avium aquaticarum, ut sunt anetae et anseres tam domesticae quam silvestres et carnes porcinae vetustae, bovinae et cervinae vitentur, quoniam manifestum grossum et viscosum generant sanguinem, tum quia difficulter digeruntur nisi in valde eis consuetis et habentes stomachos fortes et ca⟨lidos⟩ et multo se exercitantibus labore. Pono, quia venenositas et putredo omnem pestem perficiunt. Idcirco Avicenna, ubi scribit in capitulo praeservationis, duas ponit medicinas, unam venenositati aliam putredini obviantem. Contra ergo venenositatem expressit metridatum et tyriacam, quae sunt, medicinae in hac re excellentes, quare consulitur, ut de altera earum aut complexionalis aut accidentalis caliditas superhabundat, sicud etiam laudans sumatur in ebdomada ieiuno stomacho cum aqua scabiosae, buglossae vel vino. Nam si talis timeatur vel inde typus accidentalis caloris eveniret, fiat repressio cum trociscis dyarodon vel aqua rosae aut camphora aut sandalo aut huiusmodi vel electuario facto complexioni recipientis apto et bibat cum eo vinum grana⟨torum⟩, vinum citoniorum, vel sumat tale electuarium contra pestilenciam infra pro calidis ordinatum cum liquoribus iam expressis. Dosis autem tyriacae supra 16

annis sit a ℥ semis usque ad ℥ unam. Sed naturaliter melancolicis et frigidis et humidis de complexione aliam possunt dosim sufferre. ¶ Existentibus autem a 6 annis in 16 dosis sit minor, inferioribus vero sufficit, inungetur pars orificii stomachi et cordis et nares cum tyriaca. In circumdatis [?] autem dosis sit eadem. Pilulae autem Avicennae contra putredinem humorum sunt de aloe, mirra et croco et possunt convenienter sumi bis vel ter in ebdomada circa horam maturam et, nisi epar sit multum rarum et calidum, tunc oporteret eos rectificari cum spodio, rosis et sandalo. Et de laude istarum ait Rasis 6 continentis capitulo de aere, auctoritate Ruffi: Nunquam vidi aliquem bibentem hanc medicinam qui non praeservaretur et liberaretur ab epidimia et nunquam fuit inventa sibi compar. Ratio autem est laudis, quia mirra ex secundo canonis efficacissime resistit [Bl. 175r] putredini, ita quod etiam conservat pro multo tempore cadavera mortuorum. Crocus autem confortat spiritus cordiales et ad cor defert [?] virtutem. Aloe autem putridos humores, quibus obviat, evacuat et stomachum rectificatum confortat. Isto autem medicamine in hac magis [?] aquilonari regione secundum condiciones particulares in principalibus membris multa utilia rectificantur. Potest etiam addi omnibus insuper pro frigidis et remissis rectificatio, in quibus opilationes existunt et humores multi, per spica nardi, azarum, absinth⟨ium⟩, ar⟨istologi⟩a [?], cinamomum. Pro calidis vero et non multum raris per spodium et os de corde cervi, margaritarum, sandali, camphorae, rosae, mirtillos, corallos, communiter autem de bolo armeno, terra sigillata et spica et doronico modicum apponatur, cum aqua scabiosae conficiatur. ¶ Consultum praeterea videtur, ut isto electuario communiter omnes de mane utentur cum aqua scabiosae vel vino in quantitate nucis magnae: ℞ nucleorum nucum magnorum mundatarum ℥ viij, ficuum ℥ viij, lignaloes, doronici ana ℥ j, cinamomi, alichira ℥ semis, pulveris rutae ℥ ij, enulae, yreos ana ℥ semis, macis, gar⟨iofilorum⟩, nucis muscatae ana ℥ iij, coriandri, spodij, rosarum, mirtilli, ossis de corde cervi ana ℥ ij, ammi, sandali ana ℥ j, terrae sigillatae, boli armeni ana ℥ v, cardamomi, corticum citri ana ℥ semis, fiant pilulae cum aqua scabiosae vel melissae et rosae et cum zuccaro in electuarium rigidum vel tabulatum vel molle, prout magis recipi delectat. Pro eo vero qui est multum calidus augeat medicus frigida in medicina [?] iuxta aestimacionem discretam. Praeterea quantum possibile est, quilibet vivat in alacritate et gaudijs, licitis solacijs cum suis amicis et dilectis, cum delectabilibus tempora deducendo, non abmissis tamen, quae sunt de lege dei et praeceptis. Pauperes autem utantur de bolo armeno cum aqua rosarum et vino, si possunt. Item ieiuni utantur de granis iuniperi, seminis coriandri, castorei, modicae mirrae cum cerevisia, avellanis cum ruta et convenienter possunt uti, nisi sint praecalidi et sicci aut nunquam consueti, de alleo, quod

tyriaca dicitur rusticorum, repressa tamen cum agresta vel aceto et coriandro in modica quantitate, tamen ita scilicet, ut supercalefactionem inducat et odorent censuram scarleti infusam in aceto et pulverem gar⟨iofilorum⟩ vel spongia eisdem infusa, tenentes se in dieta laudabili, qua possunt, vitantes famem et sitim, replecionem superfluam . gradus curae [?], tamen multi transeunt consuetudine, tolleranciam facilitate, multo minus alijs, qua sic non consuetis, obest aut nihil omnino. Sicud etiam recitat Aristotiles de Dyonisis tyranno et sexta parte probleumatum: qui intemperatissime vivens, duxit tamen latitudinem sanitatis, cumque repente distemperanciam tantum dimitteret, aegritudinem nutrit. Sed istius fuit ratio, quia mutaciones subitae sunt omni naturae molestae. Paulative igitur huiusmodi consuetudinem malam omnibus rationabiliter est consultu. ¶ Rectificent quoque pauperes aerem suum cum abrotano, juniperis, saturegia, thure, thymiana, lingnis pruni gumosi, menta, aceto et rosis pro supplecione aliorum tibi utilium; quibus facultas non sufficit in animo humilitatis et spiritu penitenti oranti suae vitae [Bl. 175^{v}] curriculum ultra etiam naturalem et aegritudinalem terminum [?] volt et potest prolongare, qui sit benedictus et laudatus, in secula exaltatus. Sit igitur huic collectorio utili opusculari finis impositus pro generalibus tractandis.

100. Eine Pestverordnung in deutscher Sprache aus dem Kloster St. Paul im Lavanttal in Kärnten.

Es sei hier auch noch eine deutsche Verordnung gegen die Pest mit angefügt, welche ich im Benediktinerkloster St. Paul im Kärnterland auffand, als ich auf Paracelsusspuren das lachende Tal des Lavantflusses drauaufwärts von Drauburg bis Lavant und von dort bis Wolfsberg vor Jahren durchzog, das weite Tal, über dem der Klosterhügel am St. Paul so stattlich und anmutsvoll sich hebt. Es steht dort im Handschriftenbande in 4^{0}, bezeichnet ***26. 2. 18,*** auf Bl. 121^{v} und ist um die Mitte des 15. Jahrhunderts geschrieben, zweifellos in südlichem deutschem Gebiete, wenn auch vielleicht nicht so weit unten im Süden an der Drau.

Contra Pestem.

℞ Ain lot kampher, zway lot schon wyssen ymber, woll geschaben vnd iij lot zucker Candi, jr yedes pesunder klain gestossen, und so dw den kamphor reyben wildt, so müestu am ersten den möser mit ain nuskern oder mandlkern bestreychen, sunst lest er sich nit reyben. Vnd so dw die stuck allen drew gestossen vnd geriben hast, so solltestu jr yedes in

sunderhayt durch ain klains sibell fern, und thueß darnach allew widervmb in den möser und reyb die woll durch ein ander, darnach so thue das puluer in ain flaschl oder glesell wol mit ain wachs vermacht, damit das nichtz dar von riech. Vnd so der mensch dy kranckhaytt ergriffen hatt, so soll er des selbigen ij gulden swer ein nemmen, doch das das inner ʒiiij stunden beschech von der zeytt und jn die kranckhayt an komen ist, zeraytten. Mocht er das puluer drucken ein nemmen, wer das pest, mocht er das drucken nit einnemmen, mit ain wasser und wein durcheinander gemuscht und sich dar auff niderlegen, woll zue decken und switzen, den swayß stets mit schon newen gewaschen tuechern abstreychen und also pey newn stunden ligen und woll erswitzen und dar zwischen nichtz essen noch trincken und dar nach auffstenn und sich darauff warm halten und nit aussgeen an die lufft und auff solchen swayß pey drein stunden pausieren mit essen und trincken, dar magstu ain suppell sauffen. Wer aber die kranckhayt so starck und wolt nit helffen, so nym noch so vill puluer als vor und da mit gleych wie vor. Man mag das puluer aim kind ein geben ains gulden swer ꝛc.

101. Ein kleines lateinisches Pestregimen aus Prag.

Im ***Cod. IV. E. 16*** der Prager Universitätsbibliothek trifft man auf Blatt 141ᵛ, von spitzer Hand vor der Mitte des 15. Jahrhunderts geschrieben, auf ein sehr zusammengedrängtes lateinisches Pestregimen, das doch in seiner Kürze fast alle gangbaren prophylaktisch-therapeutischen Anschauungen und Anweisungen mit Klarheit zur Vorführung bringt, wie man gleich sehen wird.

Regimen in epidemia bonum et utile.

℞ Aloae cicotrinae, boli armenici ana ʒ ij., mirrae, zinziberis[1]) ortulani ana ʒ .i., fiat pulvis. Dosis eius est ʒ ij. cum vino calido.

Etiam venter sit mediociter [?] laxus, si fuerit constipatus ℞ Diacartami ʒ .j. vel semis cum aqua tepida. Item utendum est frigidis et siccis cibis temperatis calida et humida evitando.

Item haec vitanda sunt: dura ova, alleum, cepa et generaliter omnia calida et humida. Item copertus nimis et balnea comunia vitanda sunt. Item in omni comestione utendum est aceto forti ad singula fercula. Sompnus diuturnus.

Cavendum etiam est, infirmos visitare; gaudium et laeticia facienda et de epidimia nunquam fiat relacio. fleubotomia maxime

[1]) Es steht cc statt des üblichen ȝȝ für Zinziber (Zingiber) da; „cicer“ ist wohl kaum gemeint.

est necessaria per hunc modum: primo trahatur sanguis de epatica in dextro brachio parum tercia die, post de splenetica, quinta decima die elapsa in dextro pede in saphena et tribus diebus post in sinistro pede. Item Ruta sumenda est quolibet mane, lotam aceto forti, sale aliquantulum perfusa, et nux una munda masticetur cum ruta Item utendum est tyriaca magna ad quantitatem unius avellanae cum bono vino.

Item fiat fumigacio in domo mane et vespere de junipero et absinthio . parum transeundum est per vicos, suntque vitandj tumultus populi et cimiteria.

102. Eine ätiologische Pestnotiz.

Von einer Hand um 1400 steht in dem einen der beiden interessanten Sammelbände, die Mag. Sigmund Gotzkircher.[1]) ein Bayer, der in Wien studiert hat, aus älteren Handschriftenstücken 1441 bis 1474 zusammengestellt hat, im ***Cod. lat. fol. 88*** der Berliner Kgl. Bibliothek Bl. 96[r] folgende Notiz zur Pestätiologie und Pesttherapie, die hier mit eingefügt sei. Auf andere Peststücke dieser Sammelbände (*lat. fol. 88* u. *60* = *Nr. 908* und *909* des Roseschen[2]) Verzeichnisses) komme ich in einem der nächsten Abschnitte zurück.

Nota. Magister Galienus dicit. Aer corruptus inficit corpus et fetor gravis inficit cerebrum et omnia interiora hominis corrumpit. Item quartana solet euenire ex nimia sanguinis superfluitate et malis humoribus concrescentibus, quod sic expurgandum est. Cum se sentit ex toto corpore gravatum et dolorem capitis ante et retro, tunc debet de epatica sanguinem minuere. Hoc multum prodest. Sed hoc dicit Magister Galienus: Sanguinis corrupcio putredinem generat in cruribus, et per minucionem homo saepe a magnis infirmitatibus liberatur.

[Folgt von der gleichen festen Hand die bekannte Aderlaßstellenliste, die ich eingehend im 1. Bande meiner Beiträge zur Chirurgie in Mittelalter S. 168ff. besprochen habe. „Vena in medio frontis valet" etc.]

7. Dr. Vinzenz Schwoffheims von Liegnitz „Regimen praeservativum ab epidemia".

Hier muß auf das seinerzeit von mir aus dem ***Codex 1221*** der Leipziger Universitätsbibliothek *Bl. 242[r]—246[r]* veröffentlichte

[1]) Vgl. den Aufsatz von Paul Lehmann, Haushaltungsaufzeichnungen eines Münchener Arztes aus dem XV. Jahrhundert. Münchener Sitzungsberichte, Phil. u. hist. Kl. 1909 5. Abhdlg. (6. März) S.-A. S. 18ff.

[2]) In Roses gedrucktem Katalog der Berliner lat. Handschrift, II. Bd., 3. Abt., Nr. 908, S. 1088ff.

Pestschriftstück um seines regionären Zusammenhanges willen nochmals[1]) hingewiesen werden. Ich habe es in meiner Studie über „Die medizinische Fakultät zu Leipzig im ersten Jahrhundert der Universität"[2]) S. 185—191 zum Abdruck gebracht und mich dortselbst S. 189 und 103 zur Genüge dazu geäußert. Vinzenz Schwoffheim wurde zwischen 1431 und 1447 Magister bei der Leipziger medizinischen Fakultät, hat aber auch in Padua studiert. Ob er in seiner Heimatstadt Liegnitz selbst später die Praxis ausgeübt hat, wie zu vermuten steht, wußte ich noch nicht festzustellen.

103 u. 104. **Ein Regimen praeservativum et curativum bonum und andere Pestverordnungen aus Breslau.**

Die Breslauer Handschrift ***III. Q. 12*** der Universitätsbibliothek enthält auf Bl. 281r—282r eine kleine Pestanweisung, die sich völlig in den ausgefahrenen Geleisen bewegt, aber das Gangbare gut zusammenstellt für den Bedarf der drängenden Not. Es fehlt nicht einmal das Besprengen des Gesichtes mit kaltem Wasser bei drohender Ohnmacht während des Aderlasses, noch daß man zur Verhütung der Infektion tiefes Einatmen meiden solle. Besonderen Wert legt der Autor selbst auf sein antipestilentielles „Konfekt", das bisher noch niemals bekanntgegeben sei, das aber genau besehen ohne jede Besonderheit ist (Zeile 26 und 40).

Die Hand, die das Regimen schrieb, stammt schon aus der 2. Hälfte des 15. Jahrhunderts; daß sie eine deutsche ist, beweist schon Zeile 86 und der kleine Anhang. Die Zusammenstellung dieser Pestvorschrift dürfte jedoch der ersten Hälfte des 15. Jahrhunderts zuzuweisen sein.[3])

Regimen praeservativum in pestilencia bonum.

Scias enim, quod omni mane recipi debet unus bolus alias pecia panis albi intincti in aceto vini, et semper primum ferculum sit cum aceto. Et abstineatis a brodijs et sorbilibus et utamini assis pro maiori parte et volatilibus exceptis illis, quae degent in aquis, ut sunt ancae et anetae atque similia. Et abstineatis a coytu et maxime a sessione et lotione in aquis calidis et fugiatis tumultum hominum et infectos. Habeatis semper coram vobis in commodo ignem de lignis quercinis, quia corrigit aerem et

[1]) Vgl. dieses Archiv Bd. IV, S. 204.

[2]) Studienheft Nr. 8, Leipzig 1909.

[3]) Vgl. hierzu das vielfach Übereinstimmende in diesem Archiv Bd. III, S. 408, IV, S. 203 u. 392ff., VII, S. 73 u. 75ff.

fumigetur commodum cum granis iuniperi, lauri baccis absertis[1], et folijs quercinis. Et postquam exierit de comodo, sic tunc fenestrae claudantur. Similiter fenestrae domus sint clausae, quando aura est turbida et nebulosa et non multum exeatis ad aerem et maxime cum hinc inde deambuletis. Non movemini vos in transitu tantum, quod indigeatis vehementi attractione aeris. Et in exitu ad aerem teneatis ante os es nares spongiam intinctam in aceto vini aut pomum ambrae. ¶ Abstineatis vos etiam ab omnibus fructibus crudis, nisi sint acetosi, sicut sunt limoniae, nuces et similia. Piris et coctanis assis potestis uti post cibum, ut ipsum deprimatis in fundum stomachi. ¶ Et recipiatis de pilulis pestilencialibus ter in septimana interpollatis diebus, scilicet v aut vij de sero et ij de mane. Et degluciatis eas cum vino hono, et hoc ideo, ut venter teneatur laxus, ne superfluitates congregentur in corpore vestro et ne sit facilis impressio in corpus materiae venenosae. ¶ Aliis vero diebus interpollatis recipiatis bis aut ter in septimana de confecto meo pestilenciali ad quantitatem castaneae, quae quidem sic conficitur. ℞ nuces italicas xl, ficcus vero xxx, rute manus ij, gencianae ℥ ij, aristologiae rotundae ℥ ij semis, aristologiae longae ℥ ij, tormentillae ℥ iij, et addatur de absertis[2]), melle et sale communi q. s., quae omnia simul distemperentur. ¶ Post sumptionem istius confeccionis bibatis semper desuper unum haustum vini boni, mixtum aliqualiter cum aceto vini. Et si est vobis contrarium masticare, tunc distemperetis cum aceto vini vel vino bono et ebibatis. ¶ Similiter hoc faciatis, quando ab aliquo essetis infectus et postea ebibatis unum haustum aquae frigidae desuper, sic enim provocabit haec confeccio in vobis sudores aut vomitum aut sedes, cum quibus etiam evacuabitur materia venenosa sine dubio, nisi deus voluerit. ¶ Quia istud confectum est ita expertum, quod sibi simile in mundo non est inventum, neç ipsam deus hucusque voluit revelari. ¶ Et si corpus esset repletum malis humoribus, evacuetur cum medicinis ad hoc appropriatis, quae in hoc libro locis suis reperiantur. ¶ Similiter eciam fiat fleubotomia, si indigeatis evacuacione sanguinis, et hoc totum ut corpus sit bene mundum, quia corpora munda non tam de facili suscipiant impressionem materiae venenosae et pestiferae. ¶ Abstineatis eciam e replecione cibi et potus, non tamen famem sustineatis aut sitim, quoniam haec valde nocent isto tempore.

¶ Sequitur regimen curativum bonum.

Quando autem aliquem contingeret habere actu apostema secundum Avicennam, regimen curativum erit tale. Quam cito

[1]) Vielleicht ist „absinthi" gemeint; das Wort kommt des öfteren ebenso geschrieben wieder. Allerdings schreibt der gleiche Schreiber wohl mal auch „absinti".

[2]) absinthis?

sentit apostema, tam cito recipiat de confectione supradicta [Bl. 281ᵛ] mea pestilenciali in quantitate castaneae et distemperet cum aqua et aceto vini boni, quod aquae sint ij partes et tercia pars sit aceti, et ebibat unum haustum aquae frigidae desuper. Postea apperiat venam cefalicam, si apostema est in collo, vel retro aures. Si autem est sub asellis vel in pectore ante vel retro tunc apperiatur mediana eiusdem brachij vel salvatella eiusdem manus et hoc secundum magis et minus et secundum aetatem et virtutem pacientis, quare ille, qui est xx annorum plus emittat de sanguine quam ille, qui est xiiij annorum. Si vero apostema fuerit in yngwine, hoc est in gremio, in ventre, in lumbis vel in alijs locis infra pectus, tunc, apperiatur zaffena sub talo, quae est vena mulierum. Et semper minuatis de cadem parte, ne materia venenosa trahatur per corpus hinc inde, alias inficeret partes corporis, per quas transieret. Et cruor permittatur bene transire et in bona quantitate quia ad sincopim. Si vero homo exinde incurreret sincopim vel debilitatem, tunc statim aqua frigida subito in facie proiciatur, vel, quod melius est, aspergatur facies pacientis cum aqua rosata frigida, mixta cum modico aceto vini et post minucionem detur modicum tyriacae in quantitate nucis parvae iuxta aetatem et virtutem pacientis, contrita cum modico bolo armeno et cum bono hausto vini. Postea lavetur os cum aceto frigido bis aut ter et tostura panis ante os teneatur, ne superveniat vomitus. Et postea sumat brodium de caseo vel pullum concussum in mortarlo, videlicet brodium eiusdem. Scias etiam, si corpus esset valde repletum humoribus malis, tunc primo apperiatur vena partis oppositae, ut materia fluens retrahatur et permittatur cruor inde transsire in modica quantitate et statim iterum postea apperiatur vena eiusdem partis propter materiam fluxam. Et ibi permittatur cruor transire in bona quantitate ut supra, quasi ad sincopim. . . Diaeta eius sint perdices, fasiani et omnes aviculae silvestres, similiter carnes castratas et amigdalae, uvae passae, ficcus aut ova perdita aut gelida, id est *gesaczte eyer*. Et bibat vinum lymfatum aut vinum abserti[1]) et ponatur ad os modicum de zinzibero et parum citri integri et iaceat in lecto non nimis calide. ¶ Si vero aliquis non potest habere fleubotomiam ita cito, tunc solum recipiat de confectione praedicta tali modo et in tanta quantitate, ut dictum est, deinde deponat se in lectum et cooperietur bene, ut posset sudare, quia istud confectum maxime sudorem provocat et sic per sudorem evadet apostema. Si autem post sudorem adhuc senciat apostema, tunc fiat statim minucio, prout supra dictum est, si habet fleubotomum. Et scias, quod fleubotomia fit propter citam evacuationem et distractionem materia venenosae ad extra. Et supranotatum confectum expellit vi a corde et a membris principalibus materiam et fumos

[1]) absinthi?

venenosos procedentes a tali materia. Expellitur enim partim per venam et partim per sudores et quandoque partim per vomitum et partim per secessum et vrinam. Et si alicui ex casu contingeret evomere istud confectum sumptum, tunc statim sumatur secunda et tercia vice, quo usque ab eo reservetur. Et quando conservaretur, tunc esset signum, quod materia venenosa totaſis per ipsam expelleretur. ¶ Prima autem die, quando sentit apostema et quod homo statim sumpsit confeccionem supradictam modo et forma superius informata et quod postea minuit, tunc illo die permittatur dormire. Sed illa prima nocte, quando voluerit ire dormitum, sumat iterum de illa confeccione tali modo et in tanta [Bl. 282r] quantitate, sicut supra dictum est. Et bibat postea unum haustum vel duos de aqua frigida bona recenti et ita postea dormiat. Et sic illa nocte habebit bonos sudores, inquibus iaceat bene coopertus. De mane die sequenti sumat iterum de predicta confeccione modo supradicto. Et abstineat paciens ab omnibus scilicet piperibus, alleis, cepis, et a vino et cerevisia forti et medone. Et cogatur paciens ut universaliter comedat bonos cibos cum aceto rectificatos, quia tunc temporis valent omnia acetosa et specialiter in regimine praeservativo et curativo pestilentiali, quia resistunt putrefactioni. ¶ Et ideo debet cogi pa⟨ciens⟩ in tali morbo ad cibum, ut natura cogat in cibum et non in materiam venenosam. Quia quam cito natura ageret in materiam morbi, tam cito homo inficeretur. Non prohibeatur etiam nimium abstinere a potu cerevisiae tenuis vel ptisana vel aqua simplici. ¶ Et postquam omnia praedicta fecerit, si indiget purgacioni, purgetur tunc secundum qualitatem humorum, ut postea de facili non faciat recidivacionem. ¶ Et qui tenuerit praedictum regimen praeservativum et curativum, tum auxilio dei sine dubio evadat omnem pestilenciam, dummodo non neglexerit primum diem; et hoc est principium morbi. Quia talis morbus confirmatur et incurabilis efficitur. Si moram fecerit in corpore per xxiiij horas et quandoque citius secundum quod corpus est plus vel minus dispositum ad istam impressionem. Et secundum quod materia est plus vel minus in corpore hominis radicata. ¶ Sit laus et gloria Jesu Christo domino nostro, amen.

Die gleiche Hand fügt dann noch an:

Ut apostema sew exitura aliqua exeat in continenti: *Nym eyn gebacken pôlen, der do grûn ist, netze ijn in essige wol vnd bestreich ihn mit honigzeym vnd lege ys dor off.* Videbis expertationem.

Von gleicher Hand in derselben Handschrift aufgezeichnet stehen auf den vorhergehenden Blättern, Bl. 179r–180v, noch folgende

Peststücke ohne viel Besonderheit, teilweise mit dem vorhergehenden und sonst schon Mitgeteiltem in naher wörtlicher Übereinstimmung.

[Bl. 179r] Remedia probata contra pestilenciam.

¶ ℞ mirrae, croci, tyriacis ana partes aequales, ministretur cum aqua acetosae et scabiosae ana et utere ieiunus, vel quando fuerit necesse, et bene cooperiatur in lecto, ut bene sudet.

¶ ℞ Rutae, absinti, scabiosae cum radicibus suis ana, coquantur optime in vino aut aqua, ne fumus aut vapor exalescat ollam bene coopertam, de quo syr⟨upo⟩ [?] bibe cum tyriaca aut sine tyriaca cum fuerit necesse . est tamen remedium incomparabile et probatissimum; prius autem bene desumatur.

¶ Ad idem. ℞ tormentillae, diptami, gencianae, angelicae, corallorum alborum, boli armeni, terrae sigillatae ana partes aequales, fiat pulvis. Nunc ℞ aquae rosarum, aquae scabiosae, aquae acetosae ana partes aequales. Et quando senties pestem supervenire, accipe de dictis pulveribus, antequam xij horae sint lapsae ℥ semis et de aquis. dictis ℥ iij, bibe et sanaberis. Et est remedium missum Cosmae de Medicis de Florencia a Serenissimo principe et rege Remero etc.

Pulvis contra pestem ℞. sandali rubei, cornu cervi combusti, camforae et diptami ana partes aequales. Alia ad idem. ℞. diptami, sandali rubei, boli armeni, tormentillae, camforae, cornu cervi combusti partes aequales et decur pacienti quarta pars ℥ unius cum ℥ tribus aquae endiviae et modica tyriaca quasi ad modum fabae. Aliud ad idem. ℞ masticis ʒ iij, spicae nardi ʒ semis, diptami albi, sigilli Salomonis, tormentillae, serpentariae, enulae campanae, pipinellae, scabiosae ana partes et fiat pulvis, qui sumatur in quantitale unius floreni in principio infeccionis, et per sudorem liberabitur, certissima experiencia.

Rumpunt apostemata furfur, acetum et mel commixta et in panno emplastrata facit foramen.

Confectio bona tempore pestilenciali, de qua homo recipiat omni septimana in interpolatis diebus ad quantitatem castaneae ℞ nuces italicas ℈l, ficus xxx, ruthe manipulos ij, gencianae ℥ ij, aristologiae rotundae ℥ ij semis, aristologiae longae ℥ ij et addatur de absinthis[1]) mel et sal comune quantum sufficit et simul distemperentur et desuper bibat parum aceti vini aut de vino bono. Et si fuerit contrarium masticare, tunc distemperetur cum bono vino, apposito modico aceti vini et ebibatur . valet eciam contra omnem intoxicacionem [Bl. 280r] et specialissime, si admiscetur aqua scabiosae et acetosae ana, postea

[1]) es steht eig. „absertis“ da.

bibatur bonus haustus aquae frigidae et provocabit sudores in lecto bene cooperiendo, similiter vomitum, et facit sedes et est expertum, nec sibi simile est inventum in mundo. Et si corpus est repletum cum malis humoribus, tunc evacuantur cum farmacys competentibus et illis appropriatis secundum consilium boni medici et abstineat a replecione cibi et potus, non tamen sustineat famem neque sitim, qui nocet isto tempore valde.

Cum autem aliquem contingerit habere apostemata actu, tunc statim, quam cito sentit apostema, tam cito recipiat de confeccione praedicta ut supra, postea apperiat venam cefalicam, si apostema fuerit in collo vel retro aures. Si vero apostema fuerit sub ascellis, id est sub brachio vel in pectore ante vel retro, tunc apperiatur vena mediana eiusdem brachij vel salvatella eiusdem manus secundum magis et minus secundum aetatem, id est, qui est ɣɣ annorum, magis minuat sanguinem quam, ille qui est ɣij annorum. Sie vero apostema fuerit in ygwinibus, hoc est in gremio ventre aut tenus pube vel lumbis vel in alijs locis infra pectus. Tunc apperiatur zaffena sub talo id est venae mulieris et semper de eodem latere, ne materia venenosa trahatur pec corpus et inficeret partes, per quae transiret et permittatur cruor transire, usque dum cruor et color cruoris bene mutatur. Et post minucionem detur tyriacis ad quantitatem parvae nucis iuxta quantitatem cum modico bolo armeno contparatis [!] cum hausto vini et postea lavetur os cum aceto frigido ter aut quater et tosta panis ante os teneatur, ne superveniet vomitus. Postea sumat brodium de caseo vel pullum concussum in mortario cum brodio eius videlicet . et in die, qua fleubotomavit, non dormiat omnino, sed super noctem post minucionem iterum sumat de confeccione supradicta eiusdem quantitatis et desuper bibat vinum . aut ij haustos aquae frigidae recenti et ita dormiat; sic enim habebit sudores plurimos, in quibus iaceat bene coopertus, de mane die sequenti iterum sumat de praedicta confeccione modo supradicto. Et abstineat se ab omnibus calidis piperatis, alleis, cepis, vino, cerevisia forti et medone, sed comedat cibos bonos rectificatos cum aceto. Et purgetur ab humoribus peccantibus secundum consilium boni medici. Sed omnino non negligat paciens primum diem, cum actu sit pestilenticus, sed statim dum senciat apostema, fiat minucio et regimen supernotatum etc.

Pro praeservacione a veneno tempore pestilenciae et propter timorem intoxicacionis sumatur de mane ante cibum et sero ante introitum lecti istud Receptum: Recipe salis ℥ semis aut paulo plus, rutae pulverisatae siccae ℥ j, nucum mundarum et siccarum ℥ iiij, ficuum siccarum et pingwium ℥ viij, contundantur omnia, sicut oportet, et mistis simul in mortario cum pistello et usui reservetur: dosis est ℥ semis usque ad [ad] ℥ iij.

Ad mundificandum apostema, cum fuerit ruptum, apponatur super apostema unguentum apostolicon et mundificatur, probatum est. Idem facit cepa cocta et pista cum fermento et auxuia veteri, et fiat emplastrum, quod superponatur. [Bl. 280v].

Emplastrum optimum ad maturandum apostema factum de hu⟨mido⟩ frigido. ℞ Mel, farinam frumenti, succum apij, vitellum ovi, ficcus siccus extractis granulis et coctas et uvas passas similiter granis extractis, mistis totum simul et fiat inde emplastrum, quod mirabiliter maturat et dolorem mitigat.

Item cui fit apostema, recipiat de simplici ruta et absinti, contunde ista in unum et appone appostemati.

Item ruta, ficcus et nuces avellanae ana sumptae et contusae simul et mane quolibet sumptae praeservant a veneno pestifero.

Item ad maturandum apostemata ℞ sunginam, contunde cum folijs sambuci et superpone apostemati.

Item folia sambuci, folia salviae, folia fragarum ana et tantum de vino claro et ponat ibi zinziberum concussum et bibat ista ieiuno stomacho, priusquam de domo exeat, praeservat a peste.

Item crocum, salvia, albugo ovi et tyriaca, terantur simul et cum illa mixtura locus in balneo ungatur; sic enim morbus vel dissolvatur vel eradicatur cadens.

Item succus vel herba tota vel radix aut pulvis tormentillae potatus statim facit exire venenum et est expertum. Item zedwarium et enula defendunt cor ab omni veneno.

Item tyriaca de terra sigillata, dicit Rasis: Si quis ex ea potaverit, qui venenum assumpsit, non cessaberit vomitus, donec totum venenum evomat, et fit sic ℞ Terrae sigillatae, baccae lauri ℥ iiij, terantur et cum butiro vaccino misceatur et cum melle conficiatur et in vase reponatur, dosis in modum castaneae ante cibum; et postquam aliquem malum supervenerit, illico vomere facit. Quapropter, donec vomitus affuerit, ipsa confeccio in vomitu danda erit.

